

A duceretur. Postremò ad arcem Halbokam veniens, æstua- re callidèq; tergiverfari, Czencone affine fuisi fuppata citante, cœpit. Accerfius mox carnifex, caput urique à cervice abfcidit. *Dubr. l. 18.*

FERNANDUS Calderia, in Alfonsi Albuquerquei Indiæ pratoris familia educatus, Goæ uxorem duxerat. Nomen ejus ad regem Emmanuelem delatum fuerat, quòd piraticam faceret, & fine ullo difcrimine focios Lufitani nominis & inimicos fpoliaret. Emmanuel illum ad fe perduci confeflum imperavit. Is in Lufitania crimina diluit, & ira famam fuam purgavit, ut Rex illum in Indiã liberum, & beneficiis auctum redire permitteret. Rediit verò in claffe, qua Lupus Sniarius Albuquerquei fucceffor in Indiã advectus fuit. Navi autem, cujus navarchus erat Goterrius Monro- jus, vebatur. Quadam offenfione interpofita, Calderia afperè in Monrojum invectus eft, eaque in eum maledicta congeffit, quæ graviter animum illius fimularunt. Igitur cum Mozambique claffis perveniffet, navem fubito conduxit, & Goam eam, qua potuit, celeritate contendit. Intellexerat autem, Goterrium, dum Goæ verfabatur, uxoriae oculos adjeffiffe, & Henricum Taurum amoris illius impuri fe fatellitem atque miniftrum præbuiiffe. Tauri igitur faciem ingenti vulnere deformavit, & tibiam abfcidit. Hoc factò Pondam, quòd oppidum octo millia paffuum Goæ aberat, & Ancoftami, qui Zabaimi Idalcami regis Genfis dux erat, præfidio tenebatur, confugit. Monro- jus, ut & injuriam vindicaret, & Calderia ipfius uxore ani- mo magis libero fruere, Joannem Gomecium fcripturam magiftrum, multis promiffis oneratum, ut Calderiam inter- fereretur, Pondam miffit. Simulat ille, Monroji injuriis, & fecleribus offenfum eò confugere, ut vitam fiam Ancoftami præfidio teneatur. Accidit interim, ut Ancoftamus in campum animi relaxandi gratia prodiret, & urumque fecum duceret. Gomecius cum Calderiam ab Ancoftamo, quafi aliquid arcani vellet cum illo communicare, fejun- gere, Calderiam ex improvio confixit, & admotis calcari- bus equum incitavit. Equites hominem confequuntur, & ad Ancoftamum perducunt. Qui diftriçto gladio manu fua caput illius abfcidit. Id Monrojo indigniffimè tulit, & Ancoftamum contra jus & fas occidere cogitavit. Itaque ludos fimulat, quorum caufa Benafarinum contendit, & in pugna fimulacris diem confumit. Primis tenebris duces admonet, ut Ancoftamum interimant: illius morte Em- manuelis Regis imperium firmari. Cum propter Regis men- tionem nemo diutius adverfari auderet, omnes ad facinus fe comparant. At detectis infidiis, Ancoftamus in Monro- jum tanto impetu invafit, ut aciem imprefione facta difli- paret, & multos interfeceret. Hoc factò, Ancoftamus Za- baimo Idalcamo nunciavit, rem maximam geflam effe: illum, fi adniti vellet, Goæ potiturum. Idalcamus Zufala- rum cum magno exercitu in infulam confeflum ire juffit. Is vafitatem & populationem intulit, & civitatem inopi- nato malo perculfam in maximas anguftias adduxit: quam facile cepiffet, nifi Joannes Sylveira, qui Quiloæ hyema- verat, præter ipfum interveniffet. Itaque ducis unius incon- tinentia & temeritate civitas illa, quæ tanto labore ab Al- buquerqueo capta, tanta fapientis ducis induftria, tanta bo- norum contentione defenfa fuerat, extremi excidii maxi- mum periculum fubivit. *Ofor. l. 11. rer. Em.*

D *Panperitas.*
Condemnatio.
M. CL. Marcellus, cum ædilis curulis efferet, filium habebat Marcum cum forma in flore ætatis infigni, tum motibus & eruditione rata, ut cum cives admirarentur. Hunc cla- fcivus, & audax homo amore depriciens collega Marcelli Capitolinus attentavit. Cujus tentationem adolefcens pri- mum per fe rejecit. Ubi ille eum iterum appellat, defert eam ad patrem. Id iniquo animo ferens Marcellus, accu- fat hominem in fenatu. Qui appellatis tribunifplebis, varia divitacula, varias præfcriptiones molitur: neque is pro- vocationem recipiendus, inficiatione rejecit crimen. Quia verò tentatio Capitolini remoris arbitris fuerat, placuit te- natui puerum accertere. Cujus ruborem & lachrymas præ- fentis, mixtumque flagrantiffima ira pudorem cum cerne- rent Patres, nullo ultra quefito iudicio, damnarunt Capito- linum, litemque pecunia æftimarunt: ex qua menfam argentariam fecit Marcellus, quam Divi dicavit. *Plut. in Marcellis.*

C. COSCONIUS Servilia lege (cujus de pudicitia caput ali-

quod fuiffe interpretor) reus, & fine ulla dubitatione no- tens: tamen cum Valeri Valentini accufatoris fui recitaffet in iudicio carmen, quo puerum præterxtatum, & ingenium virginem à fe corruptum poetico joco fignificaverat: in- quum effe iudices exultimaverunt, cum victorem dimittere, qui palmam non ex alio forte, fed de fe dare merebatur. *Val. Max. l. 1. c. 1.*

GANGLIFI Burgundi militis fub Pipino Francorum rege uxor de adulterio fufpecta, lapillum ex fonte (quem mari- tum ejus in Burgundia emptum, in Francia locum, qui Vva- renna dicitur, miraculofo tranfulerat) extrahere juffa, brachium ambulatum eduxit. *Sigeb. Vm.*

Lacedæmonii Archilochum urbe expulerunt propter im- pudicos verfus: & quòd fatius effe crepiffet, clypeum abili- cere, quam animam amittere.

AMILIUS Probus in libro de Imp. Græcorum negat, Cimo- ni, fummo Athenienfium viro, turpe fuiffe, forem ger- manam habere in matrimonio; quæ cum cives ejus eod- em uterentur inftituito. Andocius verò in oratione ad- vèrtes Alcibiadem offendit, eam ipfam fuiffe caufam, cur Cimón in exilium miffus fit, tanquam legum contemp- tor: neque quicquam ei profuiffe, quòd & ipfe Olympia vicif- fet, & parer; veretes enim illos, non certaminum aut vi- ctoriarum, fed legum & inftitutorum, in iudicando habuif- fe rationem. *Muret. l. 7. Var. leff. c. 1.*

JOANNA Picella, Carolo VII. Gallorum regi regnum ab Anglis vindicavit. Dum eruptione facta à prementè mul- tudine portam Compendii oppidi ingredi prohiberetur, à Joanne Luxemburgenti capta eft: qui illam Anglis contu- mō vendidit. Angli extemplo Rothomagum cum ducentis accufarunt, quòd violatis humani generis legibus, armis ac veffe virili femina uteretur, ac præterea magicis arti- bus, ab humano usu prohibitis, operam daret. Dum fe in foro exulare conaretur, fubjecto igne concremata eft. Adjunt nonnulli, quoad virginitatem fervavit inviolatam, nunquam adverfa ufam fortuna: à poftquam illam contaminaffer impudicitia, in ea incidiffe mala. *H. Boethius lib. 16.*

INFAMIA.
METELLA Uxor L. Syllæ fuit, cujus adultèria non tantum Romæ, perque omnem Italiã, auctore Hieronymo, vul- gata erant, fed per totam Græciam paffim cantabantur.

Divortium.
Vide Tit. Divortii, quatenus Libidinis caufa alter ab altera fe fegregat.

SURTONIUS & Plutarchus fcribunt, Julium Cæfarem di- vortium feciffe cum Pompeja uxore, Q. Pompeji filia, & Syllæ nepte: quòd fama ferret, eam à P. Clodio inter facta Bonæ deæ adulteratam.

Bellum Inimicitia.
Ducens uxorem Pithous Deidamiam, Thefea rogavit, ut veniret ad regionem vifendam, & ad contrahendam cum Lapithis confuetudinem. Fortè invitaverat Centauros quo- que. Qui ut in procacitatem & infolentiam eruperunt, & vino incalcfcentes non temperaverunt à mulieribus, verte- runt fe Lapithæ ad ultionem, atque alios eorum obrunca- verunt, alios bello inde victos, focio Thefeo, & fuppeticis ferente, regione excegerunt. *Plut. in Thefeo.*

Cum Lacedæmonii cum Argivis bellum affidue gererent, H Argivi fibi ftatuerunt lectiffimorum mille hominum præfi- dium alendum, quibus dux præfectus Bryas Argivus. Is præter alia virgini cuidam, dum ad virum duceretur, iis ipsis qui ducebant, crepta, vitium obtulit. At illa eadem nocte Bryantem fomno oppreffum oculis orbavit. Depe- henti, ubi illuxit, fupplic ad populum confugit. Depo- fcentibus eam mille viris populus dederit noluit. Quare ad pugnam te deducta, victor populus, in petfequentibus holti- bus iræ indulgens, nullum fupplicii genus intermiffit. *Paul. in Corinth.*

ARISTOCLIDES Orehomeni tyrannus adamavit virginem Symphalidem. Quæ cum patre occifo ad templum Diane confugiffet, & fimulacrum ejus teneret, nec vi poffet avel- li, in eodem loco confoua eft. Ob cuius necem tanto om- nium Arcadia dolore commota eft, ut bellum publicè fume- ret, & necem virginis ulcifceretur. *Lud. V. Voes de Chriff. fem. lib. 1.*

PERICLES Olympius Afpafiæ Megarensis caufa, non junio- ris quidè, fed illius, quæ fapientia Socrati adhefit, ut ait Cleat- chus

Achtis libro Amariorum primo, univerfam Græciam per- turbavit. *Athen. l. 12. c. 21. & l. 12. c. 16.*

Cum Lucron, Aruntis clari apud Hetrufcos viri, apud quem à puero educatus fuerat, uxorem eò clam & corru- piffet & propalam per vim abftuliffet: vir jure pœnas perfe- cutus, poftquam cum frequentia amicum, magnitudi- ne pecunie, fumptibusque vincere nequiret, ex patria pro- fugit, atque ad Gallos, de quorum viribus audiverat, con- tulit fe, illique fe in Italiã expeditionis ducem præbuit. *Plut. in Camillo.*

REGNERUS Danorum rex, victo Sorlo, regem Suecis de- derat Biornonem F. Quum autem Regnerus provincias filii obiret, primarii in Suecia viri Hefbèrni filiam amare cepit: fumptaque feminea veffe, tandem pervenit ad ama- tam, & puellam reliquit prægnantem. Pater ubi filiae cri- men deprchendit, id scelus Biornonis effe falfo fufpicans, regem Regnerum aggreditur, vim filia queritur illatam, poftic ultionem: violatorem, regia inquisitione perquifitum, latere non poffe. Tum rex fevocatum admonuit, quicquid illud forte, quod filia ejus geftam in utero, fuum effe: proinde quicquid, ille ira in tempore difsimulata, ami- cotum multos in Danorum odium permovit. Perrentati funt duces Danorum, fi vim paffo ad ulcifcendam injuriam accederent. Illi nihil, nifi ex fententia regis fui Biornonis acturos, refponderunt. Tentatus ille quoque, fubmiffa legatione, quæ improbam patris libidinem accufaret, regi amittendi periculum denunciaret. Sed ille rejecit ora- tores. Hefbèrni fuorum fretus armis amicorum (quos non paucos in Suecia arque Norvegia habebat) duxit in Regne- rum nepotem ex filia (jam enim adoleverat) Regneri fi- lium, fecum ducens. Regnerus Hefbèrnum fudit, Ubbo- ne filio capto, quòd matrem avum potius quam patrem fequeretur, ignovit. *Cranz. l. 5. Suecie. c. 4.*

Clades bellica.
Spartiatæ & Melfenii diu inter fe habuere amicitias, in tantum, ut ob quedam facta etiam virgines ad fe mutuo miterent. Quodam tempore, cum quingenta Virgines La- cedæmoniorum Melfenii violatè tranffent, de tanto nume- ro ad ftuprum nulla confenfuit, fed omnes libentiffimè pro pudicitia occubuerunt. Quomobrem grave bellum & lon- giffimum concitatum eft, & poft multum temporis Melfe- ni everfi funt. *Lud. V. Voes de Chriff. fem. l. 1.*

Scedafi filias Spartani adolefcetes confuptraverant, con- fuptraras, regendi facinoritas, in puteum præcipitave- rant. Videndam fuiffa perfectus pater, cum nihil apud Ephotos proficeret, diras imprecatas Lacedæmonias, ad fi- liarum tumulum fele machavit. Poft aliquot annos Leuctri- ca calamitas ab Epammonda Spartans illata, conftante om- nium fama, ea filias Scedafi parentatum fuiffe. *Plut.*

Bellum Naxii & Lelivi Næxæ caufa uxoris Hypficreontis Mileffii geflere. Hæc enim amore capta Promedontis Na- xii, navigantem efferat. Hopes ille ad Hypficreontis erat, & cum amante Næxa confuetudinem habuerat: quam à viro metuente apfortavit in Naxum, fupplicemque apud Veffam collocavit. Quam cum Naxii in gratiam Prome- dontis, religionis tamen fpecie, non dederent, ad arma intus eft. Socios Mileffii hoc bello cum multis alios, tum acerrimos inter Jonas Erythæos habuerunt. Diuturnum fuit bellum & calamitofum. Poft ut Næxa feelere confta- tum fuerat, ita virtute Polyritæ fuit fopitum. Nam Dio- gnetus, Erythæorum prætor, prædio vicino præfectus, Polyritam Naxiam captivam amabat. In expeditione cum Mileffis folemne feftum fuperveniffet, Polyritæ fpecie bel- latorum fratres fuos monuit, hoftes fomno vinoque fepul- tos facile opprimi poffe. Ergo Naxii occafione arrepta, Mileffios adorti ceciderunt. Diognetum fibi à civibus Poly- ritæ condonati potulavit, fervavitque incolamem. Illa, cum ad portam ei cives obviam proceffiffent, ingentique gratulatione & coronis excipient celebrarentque: non ferens gaudii magnitudinem, ibi ad portam moribunda con- cidit, quo loco humata efferat. Vocatur fepulchrum Invidi, quòd invidia quadam forte non licuit Polyritæ frui illis honoribus. Ita Naxiorum fcriptores tradunt. Aristoteles referet, non captam Polyritam, fed forte confpectæ captum amore Diognetum, omniaque dare & facere pollicentem. Illam promiffiffe, ituram fe ad ipfium, fi unam rem fibi con- cederet, juramento interpofito. Itaque Delium (id præfi- dionomen fuit) fibi tradi popofic. Ille tum libidine addu- ctus, tum facramento, tradidit Polyritæ præfidium, il- la civibus. Ita rursus patres facti, quibus voluerunt condi- *L. B. Theatr. vit. Haman. Tom. 17.*

tionibus, pacem cum Mileffis pepigere. *Plut. de Virtut. E. mul.*

Exemplum Paftoris Melfani huic loco ferviens, *de Pete infra. Adultera cum concubinis, fub finem loci.*

Magiftratus de jectio, Regni amiffio.
APPIUS Claudius, Decemvir, Virginiam puellam ple- bejam, fed forma excellentem (quam Virginius pater L. Icilio tribunitio viro, & experte virtutis homini deponde- rat) per vim ftuprare conatus eft, quum nec pretio, nec fpe poffet allicere. Quæ fuit caufa abrogandi magiftratus De- cemvirorum: quemadmodum reges prius ob ftupratam Lu- cretiam ejeti fuerant. *Liv. & Cic. l. 2. de Fimibus.*

RODERICUS rex, Juliani Comitris Sparthariorum filium confuptrarat (alii uxorem) Julianus vindictæ caufa Sara- cenis ex Mauritania evocatis Hifpaniam prodidit. *Rod. Tol. l. 3. rer. Hifpan. c. 18.*

Plura hæc transferantur ex Tit. Libidinis pane varia à Deo inflata. Item Incepfus puniti. Hoc eodem loco infra fuo ordine afferendis.

LIBIDO, IMPUDICITIA VENEREA, PRIMARIA, RESPECTU PERSONARUM.

HUC PERTINET AMOR SUI IPSIUS.

Humani generis hoftes, natura hoftes, quò occultiores, eo fe- verioribus legibus coercendi. Atque ut impunitatem latebris confequantur, atamem natura idò dicit edax, & astra voras, tarditatem fupplicii gravitate compenfabit. Androgyni ab Ariff. intelliguntur animalia, quæ ipfa fe inveniunt, ut inter pifces trochus. *Cæf. l. 19. c. 12. A. L.*

Narrant, Lydos adeò libidine perditos fuiffe, ut non tantum noctu vacarent voluptati veneræ, verumetiam ipfo meridie lafcivirent manibus. Unde *Aufid. Gen* dicunt Graeci, pro Lydorum more vitam agere. *Eryfm. in Adagis, & Cæf. l. 20. c. 14. A. L.*

DYOGENES Cynicus, hoc effer, plufquam canis, hyme- num ipfemet celebravit. *Gal. l. 6. de Locis aff. c. 5. Ath. l. 4. fediffimum ipfius de fame & fiti fimili modo abigendis vi- tum narrat. Et quòd magis mirere, Chryffopus Stoicus in lib. de Rep. hoc ipfum tanquam philofofo apoph- thegma commendat, tefte Plut. in Stoicorum pugnis.* Un- que adeò nature illos fuperciliofos feruatores, contra natura rem malis demon concitatur.

Ponticum l. 9. graviter inceffit Marcialis ob fimile crimen illudque ipfum patricidio adæquat.

LIBIDO BRUTA.

Tradunt fabula, Pafiphaen Minois uxorem, Solis filiam, cum taurum adamaret, fignum bovi fimile à Dædalo factum, eoque modo tauro fuppositam, defiderio potitam effe. Ante hoc tempus Minoem quotannis ferunt fpeciofiffimum om- nium taurum Neptuno folitum de more facrificare: cum- que ei taurus effer cæteris præftantior, alium facrificare deteriori. Quæ ex re iratus Minoi Neptunus, ejus tauri amo- rem Pafiphae injecit: cui arte Dædali fupposita, decantatum fabulis genuit Minotaurum natura duplici, ut qui ufque ad humeros taurus, cætera homo effer. Ad hoc nutrimento monftrum ajunt à Dædalo Labyrinthum fabricatum, diffi- ciles habentem egressus, & inficis penitus irremediabiles. In H quo recluso Minotaurò, feptem Athenienfes pueri, tori- demque virgines fingulis annis dabantur. Dædalus iram Mi- nois ex bove à fe fabricato conceptam timens, abfeffit ex Creta, Pafiphae auxilio, navem ad effugiendum præbens, vel certè alis ingeniofo efficis. *Diod. l. 4. c. 13. & Suid. & Ovid. in Metam.*

THRASSAM Martis & Terduæ, quæ Strymone nata fuit filiam, Hipponus Triballi F. duxit. Eo ex conjugio nata effer filia nomine Polyphonte. Hæc re venera ignominio- se præta, in montem fe contulit, & confuetudine ludi ac ftudiorum Diane foctam fe præbuit. Venus infanum il- li urfi amorem inmitit, ita ut cum illo corpus miferit. Diana Polyphontem immenfo profecuta odio, omnes in eam convertit feras. Polyphonte in patris domum fe recep- tit, duoque filios peperit, Agrium & Orejum (Agre- ftem & Montanum dicitur) maximos, & ingenti prædi- tos robore. Hi & deorum & hominum contemptores erant, & fi in peregrinum aliquem incidere, eum domum fuam abductum devorabant. Iis infernus *Ppp 2 Jupi-*

A Jupiter, Mercurium mittit, ut suo arbitratu in eos animadverteret. Qui cum pedibus eos & manibus truncare cogitaret: Mars, quando ad ipsum Polyphonte genus suum referbat, ei istos supplicio exemit, & adjuvante Mercurio, eos, homines cum essent, in aves convertit. Polyphonte in sphygm mutata est, avem noctu canentem: Oreus in leporem, semper mali ominis avem: Agrius in vulturum. *Ant. Liberialis ex Baci Ormithogenia.*

Nihil Semiramide Assyriorum regina clarius: in nulla unquam femina major apparuit indoles. Ceterum tam effrenata & intemptans libido, ut (teste Juba) domesticum equum libidinis causa adamavit, filiumque ad incestum conata sit allicere. *Sabell. l. 5. c. 11. & l. 1. Enn. 1. & Plus. in Apophth. & Plin. l. 8. c. 42.*

In Sebennica praefectura Aegypti urbs est Mendes, ubi Pan colitur, & hircus animal: & (ut Pindarus ait) hoc in loco hirci cum mulieribus coeunt. *Sirab. l. 17. Herod. in Euterpe ait, suo tempore hircum palam coivisse cum muliere.*

B GALLUS Secundum pincernam quandam regium amavit. Vocabatur hic Gallus Centaurus, atque Secundus Nicomedis Bithyniae regis erat domesticus. *Nican. l. 6. Eventuum.* Anser Puerum amavit in Agio, teste Clearcho l. 1. Amat. Hunc puerum scribit Theophrastus Amphilochum vocatum fuisse in Amatorio libro, genere Olenium. Hermias Hermodotifilius, genere Samius, Lacydem philosophum anserem amasse inquit. Ita pavo Virginem adamavit in Leucada, inquit Clearchus, ut cum ea fuisset mortua, ipse etiam interierit. Delphinium fama est Puerum in Jaso adamasse, ut asserit *Durid. 9.* loquitur autem de Alexandro hoc pacto, Puerum etiam ex Jaso accessivum: erat enim apud hanc civitatem puer quidam Dionysius, qui cum, ex palestra una cum aliis rediret, in mari natavit. Delphinus ei ex pelago occurrit, in dorsumque illum cepit, per multumque natans spatium, abtulit, mox in terram tursus deportavit. *Athen. l. 13. c. 30.*

C CRATHIS pastor Sybarita, capram uti amicam amplexabatur. Hircus, zelotypiae castro concitatus, dormientem Crathim comibus invasit, & interfecit. Quo tam praetaculo facinore, pastor monumentum insigne structum est, ac de ejusdem nomine fluvio adoptatum cognomen. Ex concubitu autem brutino natum ferunt infantem, cruribus matrem qui referret, facie vero patrem. Sed & deorum numero ascitum, constans tenuit fama, fuitque mox Hylaeum numen Napaeumque. Tantum diaboli in mortalium mentibus occaecandis astutia poruit. *Cal. l. 25. c. 23. A. L.*

Glaucam citharistram alii ferunt canem, alii anatem, alii anserem, alii arietem adamasse. Xenophonis filium apud Ciliciae Solos ajunt canem deperisse: item deformem Puerum Sparta monedulam in deliciis habuisse. *Eliau. l. 9. de Var. hist.*

ARISTON nobilis juvenis Ephesus, filius Demonstrati, revera autem Martis, genus mulierum exotus, ex asina puellam formosissimam suscepit, Onoceliam ab eventu dictam. *Arif. l. 2. Parad. Stob. serm. 62. & Plut. c. 54. Parall.*

FULVIUS Stellus, odio mulierum eque se commiscuit, quae deinde formosam puellam peperit, quam Hipponam appellavit. Ea est dea, in cuius tutela sunt equi. *Aezell. l. 3. rer. Ital. & Plut. c. 55. Parall.*

D URSTUS filiam cujusdam patris familias, in agro Suevico cum ancillulis lusum egressam, deturbatis comitibus rapuit: exceptamque unguibus praesele nitentem, ad notam nemoris latebram deportavit. Factus ex raptore amator, famem concubitu solvit, ardoremque gulae, veneris fatietate pensavit. Bellua tandem a venatoribus interfecta, puella gravida puerum edidit matris forma, patri pelle similem, cui Ursi nomen inditum. Is postquam adolevit, a patris interfectoibus funesta exegit supplicia. Cujus filius Tragilus Sprachaleg, nihil a paternae virtute deficiens, Ulphonem genuit, qui astu Eustrum Canuti II. Danorum regis forem, in matrimonium consecutus, Sueonem ex ea suscepit. Hinc Danorum regum stemmata, ceu quodam derivata principio, longo successione ordine (teste Saxone) profuxerunt. *E Saxoniae Grammatici. l. 10. In Magna. l. 18. c. 2.* Fuit fortassis hic Ursus latro aliquis nobilis, quid faciurus perpetravit: postea hoc scelus potestati modo pinxerunt, cum auctorem potentem aperte non liceret reprehendere.

Idem equus Scythiam & in bellum ferr, & secta vena alit, & (ut ajunt) si feminini sexus est, belluinae ejus libidi-

nem explet. *Nicetas in Choniates l. 2. de reb. Manuelis Comne. E. ni Imperatoris.*

MAHOMETUM Turcicae sectae auctorem quidam Germanus scriptor, qui sancta terrae Imeritatum rite conscripsit, & ex perfecto Alcorano multa retulit, Saracena cuiusdam, dum per Arabiam iter faceret, amore conceptum fuisse tradit: a qua quum effragitatum coitum impetaret non potuisset, mox allelam, qua invecus erat, ex indomito libidinis ardore compressit. *Bonfin. l. 8. Decad. 11.*

CAROLO VIII. Gallorum rege Neapolim tenente, deprehensus est a Britonum gente miles cum asina mixtus. *Pont. c. 17. de Immanitate.*

LIBIDO DEMONIACA.

Qui cum demonibus, incubis aut succubis sese sponte commiscet, quales sunt Magi & Mage, hujus erunt loci, propter libidinem. At propter avaritiam vel vindictam, aliterius. Si non sponte, sed per vim coacti, aut per impudentiam decepti, inter Infelices connumerandi. Huc quoque amore deorum, seu demonum potius, ab Ethnicis poetis de-cantati, referri possent: nisi mysticum sensum subridiculo & turpi fabularum involucre contineri, doctissimi virorum auctoritate crederemus.

Apud Babylonem Assyriae metropolim supra turres octo sibi invicem impositas facellum est, in eoque lectus magnus, splendidus, fratus. In quo Deum suum Chaldaei noctu recumbere ajunt, eique mulierem aliquam ex indigentiam, quam scilicet Deus delegerit, adjungunt. Ad eundem quoque modum in Thebani Jovis fano (si modo Aegyptii fides habenda est) mulier cubare creditur. Quae mulieres cum viris non putantur habere consuetudinem. Idem fit apud Patara Lyciae civitatem, quando oraculum celebratur. Neque enim id sic perpetuo. Atque ubi id futurum est, vates noctu in templum concluditur. *Herod. l. 1.*

Virus est draco ad dormientis Olympiadis corpus exportatus: idque praecipue Philippi regis Macedonum erga eam amorem & familiaritatem consuetudinem ajunt extenuasse, ut raro cubitum ad illam commicaret: quod vel tunc et fascinationes ejus & veneficia, vel consuetudinem ejus, ut quae consueverat cum majore, devitaret. Memorant quidam, omnes Samothraciae regionis feminas Orphicas & Liberi patris sacris antiquitus contactas, Clodonaque & Mimalonas cognomen dicitur, multa Edonidibus ac Trefis Amum accedentibus agere consimilia. Unde *Sprekelov* dicitur tributa est in modicis & superstitiosis sacrificiis. Ergo & Olympias praeter ceteris morum lymphaticum emulans, & fanaticum peragens ritum, horridiore spectaculo serpentes manufactos traheret thiasis ingentes, qui ex hedera subinde & mysticis cunis obiter prorepentes, thyrsosque & coronas circumjecti, percellabant viros. Eadem quoque Arideum Philippi ex Phineae meretricis F. optinax indolis, medicamentis ad insaniam redegit dicitur. Verum Philippo, qui post eam speciem Megalopolitanae Chatronem Delphos misit, sortem referunt fuisse ab Apolline allatas, jubente, ut Ammonii sacra faceret, atque hunc deum coleret in primis: missis vero eum alterum oculum, quem rima ostii admovens, deum conspexit serpentis figura cum uxore sua concubentem. Olympias, ut Eratosthenes est auctor, cum euntem ad bellum persequeretur Alexandrum, arcanum ortum ejus, soli detexit: hortata, ut pro natalibus gereret animos. Alii hoc illam ajunt abdicasse, ac dixisse: Non desinet Alexander in crimen me apud Junonem vocari. *Plur. in Alex.*

De venerea Pityches velitatione cum formoso deo Cupidine, qui aliis venenatus serpens, & saevissima bestia dicebatur, *Apulejus l. 5. de Asino aureo* fabulatur.

Fuit Menippus Lycius annos natus quinque & viginti, ingenio haud inficito, corpore item multa exercitatione valido, ita ut formosi athletae liberalique speciem praese ferret. Hunc peregrinae mulierumque plerique amoribus irretitum putabant: ea vero, ut tum videbatur, speciosa quidem erat & praemollicula, nec non divitiis ubertim fulta. Ceterum ea omnia ostentationem modo exhibebat, veteri fuberat nihil. In ejus se familiaritatem ad hunc modum infuavale ferebatur. Pergebat quandoque Menippus Corintho Cenchræas solus. Ecce phantasma quoddam illi occurrit, quod se in mulieris speciem conformaverat, atque ex manu apprehendens Menippum: Jam pridem, inquit, se illius amore teneri implicatam; esse vero se generatim Phoenissam, & in suburbano quodam juxta Corinthum habitare. Idque etiam digito monstrans, illuc veniret, hortata-

A hortari cepit. Quod si (inquit) feceris, intentam musicis invenies me, & vinum bibes, quale non sepe alias, nec te rivalis ulla vellicabit suspicio. Pulchra sitidum pulchro contenta vivam & moriar. His blanditiis delinuit adolescentens, etiam si philosophiae mysteriorum haud expertus, amoribus tamen obtulit bluetarique non valens, vesperi ad mulierem pergit, ac frequenter deinceps, perinde ac ad suas delicias. Necdum enim, cujusmodi phantasma esset, callebat. Id intuitus vir quidam magus aut philosophus, utrum credidum est, & summae gravitatis ac prudentiae, primo statuarit instat Menippum inspectans, hominem expendebat contemplanturque. Ubi vero rimatus abunde est visus: O formose (inquit) & a formosis expetite mulieribus, *epi dalaus*, & *si epus*: id est Serpentem confoves, & is te. Quum in his mirabundum animadverteret Menippum: Hoc proinde (inquit) dixi, quoniam mulier tibi, quae uxor non est. Sed rogo te, ecquid ab illa te amari putas? Per Jovem (inquit Menippus) & quidem eximie. An igitur (inquit is) eam tibi in matrimonium adfices? Equidem, respondit: quid enim jucundius, quam amantem ducere? Quando (inquit illa) futuras opinaris nuptias? Cetero, ait, vel fortasse cras. Id quum vir ille inaudisset, observans convivi tempus, quum jam vocati praesto forent, posteaquam illuc & ipse perrexit: Ubiam (inquit) mulier est, ejus causa convivium celebraturi convenistis? Tunc Menippus: Propè adest, inquit. Aris: Argentum hoc & aurum, ceteraque domus hujus & ornamenta, tuane, an mulieris sunt? Mulieris, inquit. Ac semilacetam & pilarem omnino vestem ostendens: Tales mei, inquit, cultus sunt. At ille ad eos qui aderant, convexus: Tantalus, inquit, hortos, videtis, qui sicuti ab Homero proditum est, speciem quidem praesertant aliquam, quum tamen sint nihil. Ejusmodi vero ornatum hunc omnem concipiatis licet: neque enim quae videtur materia, ulla subest, sed simulacrum modo est, ac imago. Quod ut verum sciat, bella haec sponsa una est ex Empusis, quas Lamias & Mormolycias plerique putant. Sunt autem in amore, & venerem proclives, & humanas carnes vehementer expetunt, veneremque cupidine allicunt multos, quos deglutiant mox. Haec vero audiens illa: Age (inquit) meliora loquere, atque inde offensior ac perturbator, philosophos paulo procaeus perfudit, eos omnes delirare inquitens. Ubi vero aurea suppellex, & imaginarium argentum velut fumus effluxere, administrisque, & coqui ac reliqua familia in crepita evanuit, Lamia lachrymanti jam filigeris rogabat, ne se torqueret, neve, quod esset, fateri committeret. Illo autem acriter instante, nec se dimissurum afferente, tandem sese Lamiam concessit esse, & voluisse Menippum voluptatibus delinuit obvolvete, ut ejus postea corpus deglutiret. Esse namque sibi per familiare, postquam vesce corporibus, ubi ad summam sanguinis abundantiam pervenissent. *Cal. l. 29. c. 5. A. L.*

Phlegon Trallian. *Adr. Imp. libertus, lib. de Mirabil. & longevis*, historiam fabulae similem, quam oculata fide in quadam urbe cognoverit, recenset. Philinnium Damostrati hospitis & Charitis filia, Machatem hospitem amare cepit. Indigne id ferentibus parentibus, praeter morem occidit, & publice funerata est. Sexto post obitum mense cum ed revertisset Machates, ingressa ad illum Philinnium, hospiti commiscuit, anulum ferreum & poculum inauratum dono ab eo accepit, inde abiit: ipsi vicissim anulum aureum & fasciam peccatorem dedit. Nutrix spectro observato, parentibus id indicat. Accurrunt illi, & altero die filiam cum hospite apprehendunt, cum ejulatu amplexantur. Tum illa haec eis dixit: O mater & pater, quam injuncte invidistis mihi, ut cum hospite essem per triduum in domo paterna, absque ullo maleficio! Proinde vos denud lugebitis propter vestram curiositatem: ego autem rursum abeo ad locum mihi designatum. Non enim absque divina voluntate haec veni. Haec locuta, fuit illico mortua, corpusque ejus publice est exportatum. Populo in theatrum confluenti res gesta fuit narrata, sepulchrum vacuum inventum, anulus tantum ferrens & poculum inauratum ibi reperta. Cadaver ex Hyll auguris consilio extra fines sepelitur. Mercurius terrestris & Furie placata, lustrati cives omnes, diuque manibus sacra facta, & privatim Phlegon pro salute Imp. & Reipublice factam facere Mercurio, Jovi Xenio, & Marti jussum est. Machates praeter morem mortem sibi convexit.

Acca Laurentia, meretrici Romana, cum Herculis spectro concubuit. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 10.*

Libido. Hieron. in vitis Patrum narrat, Monachum quendam a demone in mulieris venustissime forma ad obsecros invitatum fuisse amplexus: qui sua inclinans membra, effectus est sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Atque ubi jam carnalem conaretur inire amplexum, illa terribis vocis ululatum emittens, umbra ut erat tenuis & phantasma, inter manus amplexentis elabuit, ipsumque miserum cum foedissima irratione deseruit. Scribit *Vinc. l. 3. hist.* in Sicilia sub rege Rogerio Juvenem quendam strenuum, & natandi peritum, circa noctis crepusculum lucente luna in mari lavasse, & mulierem post se natantem crinibus apprehendisse, tanquam ex focis aliquem, qui eum mergere vellet. Quam alloquens, ne verbum quidem extorquere potuit: quare optatam pallio, domum duxit, & tandem in uxorem solemniter accepit. In crepusculo aliquando a focio, quod phantasma amplexus fuisset: expavescens, gladio extracto conjugi minitabatur, se filium quem ex ea susceperat, interfecit, nisi ipsa loqueretur, suamque fateretur originem. Quae, Vae (inquit) mihi tibi, utilem perdis uxorem, dum me effari cogis. Tunc manifestum, ac in rem tuam esset, si injunctum mihi scilicet permisisses. Nunc autem me posthac non videbis: &vestigio evanuit. Puer autem adolevit, & marinum cepit frequentare balneum. Tandem die quodam, coram multis puerum in eisdem fluctibus occurrentem rapuit phantastica illa mulier. *Vier. l. 2. c. 6. de praes. dem.*

Gothi egressi Suecia, ad confinia Maerotis paludis sub Erico Rege pervenerant. Erant in illorum castris Maga, quae tonitrua, fulgura, tempestates aeris pro arbitrio ciebant: quod genus frequens in Suecia Novergiaeque fuit olim. Eas Ericus Rex in ulteriorem ripam paludum relegavit, ne commercio illarum reliqui contaminarentur. Illae demonum, sive Faunorum congressu gravidae, primos Hunnos genuere, teste Jordane & Ablabio. E quo semine numerosa illa gens, quae post totam Europam inundavit. Sed *Cranz. l. 2. Suec. c. 15.* ex Scythis prognatos putat.

Mulieris cujusdam turpi consuetudine impurus spiritus integro septennio usus, baculo primum D. Bernardi, inde excommunicatione publica fugatus fuit. *Auctor vit.*

Victorinus Episc. dum eremum incoleret, cum demone sub forma mulieris concubuit. Ob quod factum ita doctus, ut manibus in fissuram ligni impactis, herba cruda & aqua frigida per triennium se sustentavit. *Marul. l. 2. c. 12.*

Anno Christianae Sal. 1486. navigantibus è Fortheo aetuario negotiationis causa in Flandriam, tanta ventorum obortata est vis, ut velis, malo, armenticisque ruptis, & navi foede inter tumentes undas jactata, certissimam mortem cuncti expectarent. Naviculatis tantam tanque insolitam aeris inclementiam eo tempore demeritis (liberat enim solstitium aestivum) quum id non fideri, sed malorum demonum infidiis, magnis tribueret clamoribus: reddita est vox ex ima navi mulieris se miserè incensantis, quod incubo humana effigie, quocum per multos antea otos annos habuisset consuetudinem, jam tum fuisset commixta, & ab eo subacta: mari ergo celeritè se tradendam, ut ipsa pereunte, quae tanti mali imminentes causas praestitisset, ceteri Dei benignitate permanerent incolumes. Accedens ad lachrymantem feminam sacerdos, ejus atque ceterorum saluti consulendi causa, crimen jam palam fatentem, horrentem scelus vehementer, alto peccatore, suspensis indicibus, poenitentemque facti, pie est hortatus, ne sibi desset, cui certo cognoscere Numinis favorem adesse, crimina lachrymis ac animi poenitudine dederit. Media sacerdotis adhortatione, quum multis suspiriis afflicta mulier admillum facinus deploraret, cunctis visa est atra nubes è navis sentina prolississe, ingentique fumo, flamma, fumo atque festore, sese dejecisse in mare. Sedatum est inde caelum, pacatumque mare, & negotiatores cum navi, cunctis suis rebus salvus, in optatum portum abiit. *H. Boeth. l. 8. hist. Scotor.*

Haud multis annis post in Gareotha regione, vico 14. vix passuum millibus ab Aberdonia, adolescens multa formositate coram Aberdonensi antistite questus est palam, jame à demone succuba (ut dicunt) gratissima omnium quae vidisset forma, multos antea menses infestatum: eandem oculis foribus noctu ad se ingredi blanditiis in sui amplexum compellere, dubia luce abire sine strepitu penè. Nullo se posse modo, quum pluries attentasset, à tanta ac tam turpi venania liberari. Jubet continuo optimus Episcopus adolescentem aliò se conferre, & ut Christiana religione magis laudatis jejuniis

A & orationibus plus solito accommodaret animum: fore, ut piis operibus intento, victus cacodemon tandem terga esset daturus. Evenit adolescenti, salubre consilium religiosè exequuto, paucos post dies, uti venerandus antistes erat præfatus, Idem.

In Matrea regione, sub idem fernè tempus, puella nobilissima & formosissima complurium averata concubium, in infandam cum cacodemone incidit consuetudinem. Vide infra, Tit. Libidinis mala.

FRANCISCO. Mirandula se agnovisse scribit quendam Benedictum Bernam, ætatis annorum 75, qui annis plus quam quadraginta cum demone familiari, sub forma scemine illi associato, concumbebat, in forum deducebat, alloquebatur, adeo ut affantes, qui nihil videbant, eum pro fatuo haberent. Vocabat autem illam Hermelinam, quasi mulier esset. Alium quoque Pinnerum (ait) nomine novi, qui ad octoginta & amplius annos pervenerat, cum demone alio, qui muliebri forma et videbatur, vocabaturque cum Florina nomine, plus quadraginta annis venereas voluptates exercuisse. Utramque historiam Card. l. 15. c. 80. de Var. rer. confutat, & Viesus l. 2. c. 47. de Præfig. dem.

MAGDALENAM, civis cujusdam famulam, scribit Tac. Ruffus l. 5. c. 6. de Concept. hominum, nostra memoria Constantiæ fuisse compressam à demone, eique tandem per penitentiam valedixisse ex institutione Sacerdotum Ecclesiæ: ac postea tantis in utero sensibus cruciatus, ut in singulis ferè horas infantem se crederet enixuram: inde clavos ferreos, ligna, vitra contracta, crines, stuppam, lapides, ossa, ferrum, & hujusmodi innumera, ex matrice excrevit. Mea autem est sententia, inquit Viesus, Magdalena phantasmam fuisse à diabolo illudam: deinde ab eodem excitatos illos dolores, ut certius illum cum ea congressum fuisse crederetur; quod tamen falsum erat. Ut deinde conceptam augeter opinionem, subiecit sudores illas prodigiosas.

Mercatoris cujusdam uxor circiter sex vel septem millaria à Vitembærga, Silesiam versus, absente negotiationis causa marito, peculiarem solebat admittere concubinum. Contigit itaque, marito peregrè agente, amasium noctu redire: & post curatam cuticulam, venereamque præcaram velitationem, ut videbatur, hora matutina specie picæ assumpta, jumento concubinum insidere promptuario, ac concubina his verbis valedicere, Hic tuus fuit amasius, dictoque citius evanuisse, nec rediisse unquam. Vies. lib. 2. c. 44. de Præfig. Dem.

LIBIDO CUM METEORIS.

IXION Plegiæ filius, Martis nepos, cum Junonem sollicitasset, eaque matris Jovi id esset quæstus, Jupiter nubem in speciem Junonis deformatam Ixioni suppuluit, cui Ixion commisit, ex ea Centauros genuit. Hunc Ixionem Thesaliam fuisse regem, constat, ubi primus equorum domandorum fuit usus. L. Viesus in l. 18. August. de Civ. Dei, c. 13.

LIBIDO CUM VEGETABILIBUS.

XERXES Rex, cum mari terrisque, Jovis operibus posthabitis, nova itinera & insolitam navigationem sibi parasset, servivit platano, & arborem admiratus est. In Lydia enim, ut rumor fert, cum vidisset proceram plantam, integrum diem ibi commoratus est, nulla postulante necessitate, & castra post in solitudine circa plantam. Sed & multiplicem ac preciosum ornatum ex ea suspendit, torquibus atmilli que ramos venerat: & curatorem ei reliquit, quasi custodem & propugnatores amasias. Elian. l. 2. de Var. hist. Quam etiam autem sibi plantam fundi jussit, quæ antimumos foret, id est, amatam effingeret, leniretque æstuationem mentis ex illius absentia. Cal. l. 26. c. 1. Antiq. Lib.

Morum arborem ætate Plinii adamavit Passienus crispus bis consul, oculari complectique eam solitus: atque etiam cubare sub ea, vinumque illi affundere. Plin. l. 16. hist. naturalis, c. 44.

LIBIDO CUM MORTUIS.

PERIANDER Corinthius, ex septem Sapientibus Græciæ unus, cum Melissa uxore mortua coivit. Suid. Laert. & Herodot. l. 5.

Apud Ægyptios scribit Herodotus, funerum curatores cum iis venerem exercuisse, quorum corpora sepulture mandanda acceperant. Propter quam injuriam apud Ægyptios mos inolevit, ut corpora sepulture curatores quatuor die duntaxat post mortem crederentur, ut fector ab cju-

modi injuria mortuorum corpora descenderet. Fulg. l. 9. c. 1. E. ex Herod. l. 2.

DIMOIETES, cum in cadaver mulierculæ cujusdam formosæ, à marinis fluctibus ejectæ, incidisset, cum eo rem habuit, donec ob longum situm præcesserit. Illi ergo tumultum extruxit, seque ibidem pro dolore machavit. Parthen. in Eroticis, c. 31.

Fabrianensis quidam civis, cum deficiente populo à Clavellis, ejus urbis principibus, ne feminis quidem populi rabies ferumque pepercisset, cum mortua Clavellorem virgine rem habuit. Fulg. lib. 9. c. 1.

Sigismundus Malatesta, Arimini Princeps, incensus forma Teutonice cujusdam matrone, Romam à Germania proficiscens piaculorum gratia, ut Divorum templa Petri & Pauli visitaret, eam suos per fines iter facientem aggressus, cum nulla ratione vivæ afferre vim posset, jugulavit, jugulatamque cognovit. Pontan. l. de immunitate, cap. 17.

LIBIDO MECHANICA,

CUM STATUS ET SIMULACHRIS.

PYGMALION quidam statuum formosam dilexit, eamque Fæce egregiam aliquam nympham frequentibus oculis suavius & lecto dignatus est. Ovid. in Metam.

Adolescens quidam honesto loco Athenis natus, prope Prytanæum, simulachrum ægyptiæ virginis, id est, Fortunæ bonæ, amare ferventiùs cepit, moxque in affectionis id genus familiarem ita erupit vesaniam, ut amplexaretur arcibus, ac blanditiis suaviaretur. Demum desiderio extabescens, ac velut cæstro concitus, & plane furens, in Senatium pergit ire, atque imbi extensis precibus rogavit, fieret sibi statua potestas, vim pecuniæ grandem vicissim paraturus erogare. Senatus decrevit, non videri ei civitatis dignitate negotiationem illiusmodi. Adolescentis rei atrocissimus ictus gravitate, ad statuum, ubi vinculis Cupidinis distinctur animus, celeriter se protipit: illam tamen multis perornat, corona quoque injecta, & cultu item alio indicaturæ non parvæ circumspolito: ac re mox divina obita, desiderium (uti videtur) non ferens, manum sibi inter affuentius manantes lachrymarum rivus admovit. Cal. l. 13. c. 12. A. L. ex Eliano l. 9. Var. hist.

Venerem Guidiam marmoream, euphiam à Gnididis nuncupatam, quam Praxiteles fecit, eique soli suum nomen apposuit, magnè æstimat Lucianus in Amoris, eam omnium illius statuarum pulcherrimam appellans, ut cui amore captus Macareus Perinthius, cum in fano delitasset, noctu cohabit. Val. Max. & Plin. l. 36. c. 5.

Selymbrianus, ait Clitophorus, cum Patiam imaginem in Samo amavisset, ipsam in templo declinavit, velut posset congreddi. Verum cum & ob frigus, & ob lapidis duritiem non posset, eò usque cupiditatis accessit, ut cartucula præfensa nihilominus concubuerit. Meminit de hoc facinore Alexis Poeta in actu Pictura inscripto. Philemon etiam de illo mentem fecit. Est autem casta opus Crescielis, ut refert Adeus Mitylen, in lib. de Statuar. Polemon, qui Hælladicum inscriptum fecit: In Delphis, inquit, sive in thesauro tabellarum, duo sunt pueri lapidei, quorum alterius quidam ex facrorum ministris amore captus, se in templo conclusit, atque congressus præmium coronam reliquit. Hic cum comprehensus fuisset, Deum agens, responsum petentibus Delphis, hominem dimitti jussisse, eique præmium præbuisse. Ath. l. 13. c. 29.

Alicias Rhodius adamavit in Patrio-colonio Propontidis Cupidinem nudum, quæ Praxitelis, ex marmore. Plin. l. 36. cap. 5.

Junius Pisciculus, eques Rom. unam ex signo Thespiadum ad ædem Felicitatis Romæ amavit. Idem ex Varrone.

P. Pilatus, legatus Caji principis, imagines Atalantæ & Helenæ nudas, à Cleophanto Corinthio pictas, earum libidine captus, rapere conatus est. Ravisius.

LIBIDO MASCULA.

Huc

AGENTES, PÆDICONES, PÆDERASTÆ,

DRAUCI, SODOMITI.

Pudet profecto Tituli, ne dum Exemplorum. In re tam turpi exemplis carere optabilissimum foret. Nunc cum ea & veteratoris spiritus insidiat, & mortalium improbitas procefferint, ut exempla non pauca detestanda libidinis inveniantur; tanquam indices pudenda scelerissimorum hominum detegemus. Quemadmodum enim facinorosi non in genere tantum, ut homines condem-

condemnantur, sed & propria & generis patriæque expresso nomine: ita quoque cum illi, quorum hic mentio fiet, exoritur libidinis genere sese contaminarint, & cum natura verum bellum gesserint (de quorum supplicis sub Iustitie correctivo loco agitur) in presentia eorum casalogum contemnerint: eorum, inquam, qui in mutuas libidines, ut D. Paulus inquit, exarserunt, & cum vero Des culta humane quoque societatis modum perverterunt. Qui eo demeritio & impietate procefferint, ut horum turpitudinem, quam aliorum castitatem imitari malit: illum tanquam deploratum, si magistratus auctoritas corrigere neque, ac certe aliquando æternus castigabit ignis. Consule Athen. l. 13. c. Dipnosophistarum. Vide Tit. Raptores cinædorum.

MOYSES, Josephus, & alii Hebræicæ vestitatis scriptores, Sodomitis, ajunt, Gomorthæos, & alios quosdam finitimos populos, divitiis ea tempestate & otio florentes, in omnia libidinis flagitium abiisse, ita ut mares vulgè muliebræ paterentur. Atque in tantum scditissima libido omnium animos incessaret, ut ne ab hostipibus quidem violandis abstineret: ob idque cælesti flamma uno tempore extinctos. Loth vir justissimus, & ipse loci hujus incolæ, unus omnium cum conjugè & liberis ea est clade servatus. Is cælesti prius vocè monitus, se suosque imminenti periculo subtraxit. Incidit Sodomæ deflagatio in annum terè alterum ac septuagesimum supra ducentessimum ac ter millesimum ab Orbe condito, qui Christi regni adventum præcessit annos mille nongentos septem & viginti. Meminit hujus excidii Strabo quoque: verum naturalem causam subesse existimat, ut in Ætina monte & Eolis insulis. Sic astutus demon, ne pœnæ genæ scelerè tanto homines abstereret, tenebris suis historiam involvere studuit. Sab. l. 2. En. l. ex Gen. 18.

Gabenes Levitam ad stuprum sollicitavit. Jud. 19.

Celtæ, cum mulieres pulcherrimas habeant, magis puerilibus amoribus gaudent, ita ut nonnulli super pelibus fæpius cum duobus catamitis concumbant. Athen. l. 13. c. 27. Arifl. 2. Pol. c. 9. madæspasias Celtis tribuit, omnes nationes bellicosas mulieribus deditas esse scribens. Budeus in l. 1. Pandælar. l. 2. c. 2. interpretatur, ultra Celtas, suæ gentis infamiam in vicinos transferens. Cæterum Celtarum appellatione Græcos olim communiter usos esse pro Occidentalibus quibusque, verosimile est: cumque illi ipsi vix Italiam cognitam habuerint, que ultra Italiam sunt, planè ignorarint, si vera sint que de Celtis narratur, de vicinis maxime Græciæ intelligenda erunt.

Inter Gallos quandoque malum id insensivisse adeo prodium memoria est, ut inde nefaria faceretur lex, Ne cui duxisse uxorem liceret, qui prius uxoriæ non impleset functionem. Cal. l. 15. c. 10. A. L.

In tantum Græci & Romani concubitus cum maculis vitio laboraverunt, ut & clarissimi philosophorum Græciæ haberent publicè concubinos, & inter scorta in fornicibus spectaculorum pueri sterentur publicè libidini expositi: donec sub Constantino Imp. & infidelitas universarum gentium, & turpitudò deleta est. Hieron. com. in Esajam l. 1. cap. 2.

Cretenses adolescentium & puerorum amores primi videntur usurpasse, citra turpitudinis crimen. Quod si copia fiat, abducunt eos vel in montana, vel in ædes suas: atque ibi sexaginta continè dies fruuntur (plures enim non licet) atque amator dono dat vestem, aliaque munuscula, & bovem. Hæclides in Politicis, & Aristoteles. Eorum amores obsecenos, & de iis posthas leges, Strabo l. 10. recenset. Amasium xænor, id est illustrem, amatorem quæritæ vocabant.

Chalcidenses in insula Eubæa populi, comediæ veteris convitiis notati sunt, quod avariores essent. Helychius indicat, eam gentem male audisse ob fœdos puerorum amores, & hinc natum proverbii convitium in simili morbo obnoxios, xænor, Gen. Erafm. & Cal. l. 15. c. 9.

Apud Megareses inter pueros vere ineunte oculosorum certamen agebatur: quique suavius amantem esset osculatus, corollis onustus abibat. Cal. l. 15. c. 9.

Fuit Thebis septuaginta, id est, facta cohors, quam Gorgidas instituit primus, ex electissimis viris, hoc est, amatioribus amantique, ut voluere nonnulli. Inquit Plin. in Pætopida, Jolam Herculis amasium fuisse certaminum participem ac propagationis. Prodit autem Aristoteles, vel tempestate sua ad Jolam monumentum, τὰς καταρτισθείσας L. B. Theaur. vit. Human. Tom. IV.

variè idè epæpæpæ & τὰς ἐπασὰς, hoc est, amatoreseque fidem E solitos obstringere obfirmateque. Cal. l. 9. c. 22. A. L. Philippus Rex Macedonum, quum cohortem sacram Thebanorum, ad id tempus invictam, ad Charoneam stravit, hostium cadavera ex adverso jacentia conficiat: Dii perdant, inquit, qui tales viros vel facere vel pati turpia suspicantur. Nec satis liquet, quanto numero confiteri cohortis illa. Ephorus quingentos cohortem habere credidit: septingentos Callisthenes: quidam alii, & in his Polybius, nonaginta. Sab. l. 2. Enn. 4.

Perfis quidam pædomaniæ inventum tribuunt, ea propter æpæpæpæpæ in 4. Epigr. Tit. 7. vocantur. Athen. verò l. 13. c. 27. Id vitii à Græcis ad eos fluxisse, Herod. auctor scribit: repugnat Plut. comment. de Herod. magis. De Baccho sic scribit Naso F. affor. l. 3.

Ampelon in tonsam, Satyro nymphæque creatum, Fectur in Ismaris Bacchus amasse jugis.

Lajum ajunt Thebanorum Regem primum formosorum puerorum amoribus arfisse, & Chrypsium filium Pelopis rapuisse. Ex quo factum est, ut honestum apud Thebanos haberetur, speciosos & elegantes amare. Elian. l. 13. Var. F. hist. & Athen. l. 13. c. 27.

Orpheum Thucæ detestande in mares libidinis principem & repertorem ajunt, post amissam Eurydicem. Ovid. l. 10. Metam. Cal. l. 15. c. 9. A. L.

Dum socium insectatur Hyllum Hercules imberbem, Argonautas destituit, ac prodidit classem. Plut. in Gryllo. Minos Rex Cretensium, suscepatos Am Atheniensibus inimicitias, ob mortem filii sui Androgei, adeus depofuit, amore Thefei, quem deperibat. Athen. l. 13. c. 27. Sunt qui dicant, Thamyram primum flagitiosis puerorum amoribus, ac præposteri concubitus fœditate pollutum, quum cæpisset afflictum deperire Hymenæum Calliopes & Magnetis filium. Cal. l. 15. c. 9. A. L.

Scribit Ibycus, Talum à Rhadamantho iusto amatum fuisse. At Diotimus Eurythæum narrat in Hæclæa Herculis delicias fuisse, in cuius gratiam quoque certamina habierit. Fama est, Agamemnonem amasse Argynnium; cum eum nantem in Cephiso vidisset, in quo perit: ibidem sepulto facellum Veneris Argynnidis erexit. Alcyonius autem Chius Hymenæum contendit in Dirhyrambis Argynnium G amavisse. Amator fuit Antigonus Rex citharædi Aristoclis. Erat adolescentium studiosius Sophocles etiam, velut mulierum Euripides. Vide Ath. l. 13. c. 27.

AGAMEMNON Bæotiam inivit, venans Argæum, qui clam aufferat: falsòque causatus mare & ventos, inde in Cœpaina paludem, quasi illic amore restitichurus, seque expediturus cupidine, pulchrum pulchro seipsum injectit. Plut. in Gryllo.

ACHILLES ille tantus bellator nulla magis ratione Troilum creditur peremisse in Thymbrazi Apollinis ara, quam quòd morigerum se illi præstare, foret aspernatus. Quod in Alexandria scribit Lycophon. Cal. lib. 15. c. 9. A. L.

GYGES Rex Lydorum, Magnetem Smyrnæum, eximia pulchritudine clarum, usque adeo dilexit, ut bellum in Magnesos moverit, quòd puero capillos rotondissens, quò videretur deformior.

PHILIPPUS Macedo Arisbam, per quam Olympiad. Neoprolemi Molossozum regis F. nuptias fuerat adeptus, regio spoliate est adortus. Erat is Epirotarum Rex, & patrisclis H frater Olympiadis, & Alexandri qui in Italia bellum gessit. Alexandrum igitur Olympiadis nomine in Macedoniam accersitum ad lupri consuetudinem impulit, quem postea annos viginti natum, regno Arisbæ erepto, infanda stupri mercede donavit, in utroque turpis & injurius: quippe qui nec in sene cognationis jura servavit, cui sine causa regnum ademir, & eum cui dedit, prius impudicum fecit, quam regem. Sab. l. 3. Enn. 4. & ex Trogo l. 8.

ATTALUS Pausaniæ adolescenti uni è regis stipatoribus stuprum per vim intulit. Hanc injuriam cum Philippo Macedonum Regi conquestus fuisset, & ille insuper eum irriteret, Pausaniæ captata oportunitate Philippum interfecit. Justin. & Diod.

ALEXANDER Magnus Bagoam Eunuchum, Ilii, spectante theatro universo, suavius est. Atque cum spectatores exclamarent cum applausu, statim obtemperans, e curfus fœdè osculatus est. Ath. l. 13. c. 27. Quum Orines, Persa nobilissimus, Alexandrum, e jusque amicos muneribus cumularet, foli Bagoæ nihil honoris detulit. Rogaus causam, respon-

A dir, Se amicostegis, non scortas, colete. *Calius. l. 13. c. 9. Antiq. Lett.*
DEMETRIUS Poliorcetes, Antigoni filius, Democli laudabilis formæ adolescentulo stuprum inferre voluit. Quum puer non posset aliter effugere, in proximum ferventis aque lebetem se coniecit, ibique mortuus est. *Plut.*
PAISANIAS, Dux Lacedæmonius, Argillum forma conspicuum adolescentem dilexit. *Calius.*
ARISTOGITON Atheniensis Harmodium deperit: eumque attentantem Hipparchum Pisiurati filium, de medio sustulit, libidinem hominis magis, quam tyrannidem exosus. *Thucydides. l. 6.*
CLEOMACHUS Magnæ pugil, ita in cinædi cunclam amorem incidit, ut cinædorum & orationem & amorem imitatus sit. *Strabo.*
ANYTUS Anthemionis filius, amore deperibat Alcibiadis. Qui cum hospites nonnullos invitasset, vocavit hunc quoque ad cenam. At hic venite abnuvit, sed domi cum sodalibus merus vino, ad Anytum comellabundus profectus est: foribusque triclina astant, & contemplatus aureis & argenteis referas poculis mensas, pueris suis iussit dimidium ejus auferre, ac domum ad se deferre: nec dignatus tamen est introire, verum his actis digressus est. Stromachantibus hic hospitiibus, indignamque rem esse frementibus & insolentem, quam in Anytum designasset; Imò, inquit, benignam, Anytus: siquidem quæ licebat ei tollere universa, horum nobis partem reliquit. *Plut. in Alcibiade.*
MELITUS amabat Athenis adolescentem nobilem & divitem, Timagoram nomine, inexorabilem, qui multa amatori laborum & periculorum plenissima imperabat, ut canes bonos venaticos peregrè adduceret, & equum hostilem cuiuscumque generosum & fetocem, alterius elegantem chlamydem, & id genus alia. Denique aves etiam apportari sibi iussit cuiuscumque a tiles, & servos miro genere natos. Quæ cum ille perfecisset, formoso ea donabat. At hic etiam illa repudiavit. Melitus sui contemptum indignissimè ferens, incitato cursu in arcem se proripuit, & de rupibus deiecit. Puer avibus acceptis, & in uinas impostis, illius vestigia persequens, quasi vi traheretur a calamitolo sodali, se post Melitum eodem ex loco precipitavit. Ejus calamitatis simulachrum eo loco positum est, puer formosus & nudus, gallos duos in ulnis ferens, & in caput se precipitans. *Suidas.*
Chariton Agrigentinus ardentem Menalippum amavit. *Ælian. de Var. hist. l. 2.*
HIPPARCHUS, Syracusiorum tyrannus, puero Achæo pollicitationibus multis persuasit, relicta paterna domo, secum cohabitare. Progressu temporis, quum hostium incursio nonciaretur, Hipparchus alacri animo abiit, puero autem præcepit, ut si quis intra aulam vim ei inferre pararet, eum ense occideret, quem is gratis ei donaverat. Victor reverens tyrannus, multo vino inebriatus, præ ebrietate ac desiderio pueri ardens, Syracusas, ingressusque domum, quinquam esset, non indicans, Theffalica simulata voce Hipparchum adoriebatur. Puer indignatus, Hipparchum in tenebris ferit. Ille triduo supervixit: & ubi Achæum a cæde sua immuncem declarasset, è vita decessit. *Parthen. in Amat. cap. 24.*
Ferunt, Ilycum historicum, patria Rhegium, infano puero rum amore exarsisse. *Ravissius.*
D Cratinus Atheniensis comædiographus, notatus est pederastie vitio. *Idem.*
PINDARUS novem Lyricorum Princeps, turpi amore Theoxenii flagravir. *Athen. l. 13. c. 27.* Testatum est Grecorum monumentis, eum in gremio pueri mortuum, in gymnasio reperitum. *Val. Max. de Moribus non vulgaribus, & Quintil. & Athen. ibid.*
EURIPIDES ab Archelao Rege ad convivium vocatus, cum inter pocula largius bibisset, proxime filii assidentem Agathonem tragicum Poetam complexus & osculatus est, annos circiter XL natum. Agestilao autem interrogante, num adhuc in deliciis habendus videretur? Respondens: Per Joventem, inquit, omnino. Non enim ver solum est honorum optimum, verum etiam autumnus. *Ælian. l. 13. Var. hist.*
PLATO divinus fœdis quoque Agathonis & Alteris amobus exarsisse fertur. Verum tantam turpitudinem in tam excellentium animum cadere potuisse, incredibile videtur. Amavit ille Socratico more, non corpus, sed animum. Improbri tamen homines, ut suis libidinibus patocinarentur, gravissimis virtus notam hanc inurere non dubitarunt. In 8.

Legum scribit, Abstinentum a maribus censeo. Nam qui E istis utuntur, genus hominum dedita opera interficiunt, in lapidem seminantes, ubi radices agere, quod fecit, nunquam poterit. Etia verò *Athen. l. 5. c. 13.* lib. Maturus periona Socratem quoque turpi Alcibiadis amore arsisse refert: plus tamen apud cordatos sanctissimi philosophi auctoritas, quam grammatici illius impudentes calumnia, quando ibi ex profecto philosophos criminatur, valere debent.
ZENON Phœnix Philosophus nunquam muliere usus est, sed semper pueris, ut in ejus vita scriptum relinquit Antigonus Caryllus. Dicit interim, quod opus est animum, non autem corpora amare: & quod ad annos 8. & 20. amatos retinere oportet. *Athen. l. 13. c. 5.*
EPAMINONDAS amafios habuit Afopicum & Cephisodorum, qui ad Mantineum cum eo occubuit, & juxta est humatus. Afopicum verò, terribilissimum hostibus & fortissimum, qui primus subterit & faucibus Eucnabus Amphifilensis, honores accepit apud Phœnices heroois. *Plut. in Amatorio.*
C. PETILIO & **L. PAPYRIO** Coss. cum Romæ ingenus adolescens, ob paternam se alienum. L. Papyrio fuisse addidit, esseque ille ingeni forma, atque adhuc injurie obnoxia: mala libido Papyrium cepit stuprum adolescentulo inferendi. Tum velut ex flore ætatis adventitium crediti fructum percepturus, incesto sermone nexum compellat. Qui quum flagitium auribus non admittet, nec minis, quæ secundo loco adhibite sunt, moveretur: magis ingenitatis suæ, quam præsentis fortunæ memor, Papyrii iussu nudatus, multis affuit verberibus. Ille ubi primum potuit, se in publicum proripuit, ibi in concione libidinem & sævitiam feneratoris questus, adeo multitudinem cum misericordia tum rei fœditate commovit, ut cum tumultu & clamore sit in curiam conatus. Ibi impotens injuria plus valuit, quam feneratorum conspiratio. Iussi sunt consules ad populum ferre, populisque id scivir, ut impotens civis, nisi noxam mensusset, donec penam lueret, nemo in vinculis haberetur. Atque ita nexi soluti sunt, cautumque, ne in posterum necederet quippiã. *Sab. l. 4. Encl. ex Liv.*
CELIVS Plotius, cum Titum Veturium adolescentem propter æ alienum nexum haberet, verberibusque, quod stuprum pati nollit, & eaderet: querela ad Consules delata, in G carceres fuit coniectus. *Val. Max. de Pœd.*
Frater T. Quintio erat **L. Quintus** Flaminius, neque cetera illius ingenium repræsentans, & in libidinis perquam fœdus & securissimus decori. Huic consuetudo erat cum puero quem adamabat, eumque in expeditiones abducebat secum: ac dum administraret provinciam, perpetuo in contubernio suo habebat. Is epulante Lucio aliquando cum per lasciviam cavillaret, adeo ait se ardentem amare eum, ut spectaculum gladiatorum reliquerit, cum nunquam hominem spectasset jugulari, obsequium in illum suum suæ voluptati anteferebat. **Lexus** Lucius: Nihil, inquit, incommodi est; nam facile ego cupiditati tuæ medebor. Mox unum ex damnatis attrahi ex carcere iussit, ac citoque lictori inter epulas imperavit, ut eum obrutiret. **Valerius** Antias non puero adamato indulisse id Lucium, sed mulieri auctor est. *T. Liv. l. 9. Dec. 4.* in ipsius Catonis oratione scriptum refert: Gallum transjugam cum liberis, & conjuge ad fores stantem, & introducunt in convivium, ad Lucio in scorti gratiam propria manu occisum. Ceterum hoc à Catone verisimile est exaggerandi causa in accusatione dictum. At non fuisse transjugam, sed vincum illum, qui interfectus fuit, atque ex damnatis, cum alii multi, tum Cicero in libro de Senectute, ubi ipsum inducit Catonem loquentem, narrat. Ea de causa in censura sua Cato, cum Sciantum recenseret, Senatu movit Lucium consolarem virtum, & per eum lites imponi fratri vita est. **Quis** propter in concionem progressi fœditatis, & lachrymantem, æquum petere à populo exilium sunt, ut notam Cato & rationem expromeret, quomobrem illustri familie tantam inuississet maculam. Nec Cato quicquam dubitavit: sed processit, ac consensit cum collega pro Rostri, rogavit T. Quintium, Equid convivium illud nosset? **Advocante** illo, cum id exposuisset, sponsione Lucium provocavit, ut verba nartasset. **Obmutescente** Lucio, comprobavit notam Catonis, eumque ex Rostri magnificè domum deduxit. Post tamen cum ludos populus in teatro spectaret, & confideret Senatus de more loco honorato, conspectus Lucius abjectè & demissè inter infimos sedens, movit commiserationem: neque eam speciem plebs sustinuit, sed clamore jussit.

A fit, ut transiret, quoad transit ad recipientes ipsam apud se confularet. *Plut. in Flamio.*
L. CORN. SYLLA Metrobium Lyfidum scenicum constanti amore est juvenis profectus: sique affectus cum ætate crevit, sic ut exoleum quocum amaverit. *Plut. in Sylla.*
LUCIUS C. MARII ex fore nepos, quum Trebonio pudicæ sanctitatis militi vim & stuprum vellet inferre, ab eodem interfectus est. **Marius** reum impunitate, & cotona insuper donavit. *Liv. & Plut. in Apph.*
ERANT in deliciis Herodi Judæorum Regi propter formam Eunuclitres, unus apoculis, alter ab epulis, tertius cubicularius: quorum opera etiam in feriis regni negotiis uti est solitus. Hos quidam ad regem derulit corruptos esse ab Alexandro F. accepta magni vi pecunie, & quaestionibus examinati, eequid cum illo habuissent consuetudinis, rem fassi sunt: Alexandrum innatum contra parentem odium alere, hortatumque eos, ut Herodem desererent jam inutilem, facientemque sicut ætati, & senium dissimulante tincto capillio. **Herodes** Alexandrum in vincula coniecit, interfecturus etiam, nisi Archelam Cappadocum Rex, focer **Alexandri**, intercessisset. *Ioseph. lib. 16. c. 1.*
TIBERIUS Imp. pederastes monstruosissimus, inter pisciculos dabat. *Sueton.*
NERO Roman. Imp. Sabina uxoris occidit tanto desiderio teneri cepit, ut Spotum puerum liberum excecari iussit, quod ei per simillimum esset, eoque in cæteris rebus pro uxore usus est. Propterea ematratæ jocus, benè agi potuisse cum rebus humanis, si Domitius parer talem habuisset uxorem. Sporum autem Sabinam appellavit, quia propter ejus similitudinem exfectus fuerat: atque ut ei antea Sabina, ita hic in Græcia padis convenis nuptis, eumque Tigellinus, ut lex jubebat, despondit. **Ha** nuptiæ ab omnibus Græcis celebratae sunt. **Occiso** Nerone, **Vilius** Sporum in formam consulariæ puellæ in theatrum accitaverat. **Quam** contumeliam non ferens ille, sibi manum admovit. **Eo** autem tempore duo simul cum Nerone cohabit: **Pythagoras** pro viro (cum quo nuptias celebravit, & dotem quoque amplissimam numeravit) **Sporus** pro uxore, qui **Domina** & **Regina** appellabatur. **Insuper** Doryphoro liberto denupit, voces & ejularum vim patientium virginum imitatus. *C. Suet. Dion. Xiphil. & Tacit. lib. 17.*
NYMPHIDIUS Sabinus prætorio præfectus, oppresso Nerone, Sporum, qui in deliciis Neroni fuerat, statim à rogo, flagrante adhuc cadavere, accitum, uxoris habuit loco, Poppeamque appellavit. *Plut. in Galba.*
A. VITELLIVS Imp. oblectabatur liberto Asiatico ob libidinem mutuum, quem sæpè rejecit, & rursus in deliciis habuit: vendidit, & iterum surripuit: ac tandem equestri dignitate amavit. *Cass. ex Suet.*
TITUS Vespasian. exfecto plurimum amasse dicitur: in cuius postea contumeliam Domitrianus edixit, ne in posterum quicquam intra fines Romani Imperii castraretur. *Xiphil. in vita Vespas.*
TRAJANVS Imp. natura clemens, & probus fuisse dicitur, duobus exceptis vitis, quod vino, quodque puero rum libidini plus satis indulserit. *Dion.*
ADRIANVS Imper. Antinomum concubinum consecravit in Deum: templumque etiam victimas, & sacerdotem instituit, & ex eo Ægypti civitas ac regio nomen accepit. *Hieronym. lib. 1. in E. isiam, cap. 2.*
D De **Anlo** **Mari**. *Epigr. lib. 8.*
Thesylon Aulus amat, sed nec minus ardet Alexin, Forsitan & nostrum sic Elyacinthon amat. Invenit dubita, vates an diligit ipsas, Delicias vatum cum mens Aulus amet.
De Callistrato & Afro, *idem Epigr. lib. 12.*
Barbatus rigidus missit Callistratus Afro, Hæc, que lege viro mberis virgo solet. Preluxere faces, velarunt flammæ a vultus, Nec tria desierant verba Thalasse tibi. Dos etiam dubia est. Nondum tibi Romæ videtur. Hæc satis expectas nunquid & ut patiar?
Libanius sophista Aneocheus, Constantinopoli ob impudicos amores puero rum pulsus est. **Demian** **Nicomedia** (quod se receperat) eandem ob causam detrusus.
In **Marcum** pulliatum selem (veteres autem pueros olim Pullos vocabant.)
Corripit totum qui pueris decus, Perverse veneris postice vulvere sessor, gravissimè invehitur Anson. in suis Epigram.

SIGISMUNDUS Malatesta, non exigua parti Amylia imperans (quæ nunc est Romandiola) filium suum Robertum cognoscere tentavit. Verum ille in patrem fructo pugione irruens, à fecere se vendicavit. *Pont. de Immunit. cap. 17.*
Tunete solemnem ac sanctum quandam diem esse, testatur fuit **Martinus** Minerva, legationis munere functus, quo extra urbem certum in locum conveniat omnis ferè multitudo, ad promiscuam cum matibus venerem exercendam. *Idem.*
Apud Novi orbis incolæ quosdam, eos potissimum qui Portum veterem, & Punam insulam habitant, pederastia tam frequens est, ut in templis caratimos alant pueros formosissimos, muliebi habita ornatos, vocem & inceffum feminæ æmulantes, qui idolorum curam gerunt, & diebus festis in honorem demonis, sese principibus, & regulis prostituunt. *Petrus Cieza Com. 1. hist. Peruvie, cap. 64.*
Mulcaffes **Rex** **Tunetanus** pederastes. *For. lib. 33.*
¶ Vide Locum de Sodomia.
PATIENTIS, **PATHICI**, **CINÆDI**, **CATAMITI**.
E **Græcis** Epigrammatis adnotat de Cinædi:
Αἴψας ὑπνοῦσθαι, ἢ ἴν ἐπὶ τῶν γυναικῶν, Οὐδ' ἐνδὸς γυναικῶν, ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν γυναικῶν. Οὐδὲ γυναικῶν ἕκαστῶν, ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν ἀνδρῶν. Αἴψας εἰς γυναικῶν, ἢ ἀνδρῶν εἰς γυναικῶν.
Ποῦ τῶν ἀνδρῶν ἢ τῶν γυναικῶν δὴ τὸ ἀποκρίθῃ ἐπιπύσει.
Quinque talenta Chiorum urbs propter podicem debebit. **Hos** ut incontinentes, & molles, **Aristophanes** cavillatur, qui ex mollitie ampliores pedices habeant, & paratos ad exercendum. *Suidas.*
In tholo Proti Apollinis quidam clam inscripta: **Achilles** formosus, cum filium jam Achilles sustulisset. *Plut. in Gryllo.*
Agatocles Siciliæ tyrannus, forma corporis excellens, corpore questum fecit, dum privatus ageret. **Proinde** **Timæus** cum **Agatocles** appellat. *Iustin. lib. 22.*
Chætilus **Samius**, *Olymp. 75.* à Samio domino profugus, **Herodoto** historico aditus, & ab eo amatus est.
Smerdis **Polycratis** **Tejama** filius. *Æl. Var. hist. lib. 19.*
PAUSANIAS Macedo, allectus inter eos, quibus regii corporis tuendi officium incumbit, **Philippo** Regi, **Amyntæ** **G** ob formæ elegantiam chatus erat. **Hic** cum alterum Pausaniam sibi cognominem à rege amari animadverteret, propterea conviciis eum graviter insectatus est, ancipitis sexus hominem appellans, quod amantium libidini sese exponeret. **Is** contumeliosa maledicta iniquissimo animo ferens, rem pro tempore silentio continuit. **Attalo** autem ut ex amicis, quid deinceps fieri deberet, cum indicasset, ultra vita se abdicavit. **Post** paucos enim dies **Philippo** prelium contra **Pleuriam** **Ilyrici** regem incunte, hic ante suum regem consistens, quæcumque in eum tela mitterentur, vi corpore accipiens, mortem ita obiit. **Qua** re divulgata, **Attalus** inter aulicos & potentiores viros multum pollens regem, invitavit **Pausaniam** ad convivium: **Ibi** mero multo cum oneratum, mulionibus, qui per contumeliam corpus temulentum stuprarent, tradidit. *Diod. lib. 16.*
ÆSCHINVS criminosa, & virulenta oratione **Timarchum** de impudicitia accusavit, apud Athenienses. *Gellius cap. 3. lib. 18. Nact. Att.*
DIOGENES Cynicus interrogatus de quodam adolescente, qualis videretur? **At** eadem esse respondit. **Sive** significans, **H** illum esse stupido ingenio: sive, ut erudit quidam maluit, mollem, & pathicum, quod **Atreides** seranum glandibus viduare, teste **Epigrammate**:
Παιδίον ἢ ἀπαιδίον βαρβαρῶν ἄνδρα λαοῦ.
Glans autem apud Latinos interdum obsecum habet significationem. *Ærasm. Rot. lib. 8. Apoph.*
Agatonem **Poetam** scædo amore **Pausanias** figulos amavit: de quorum amatoris contentionibus *Æl. lib. 2. Var. hist.*
Philoclem eximium adolescentem amavit **Epicurus**, ad quem solitus erat hoc modo scribere: **Con**fiamor ac deficio, amabilem tuum ingressum sustinens. *Laert.*
PERÆDON **Elien**ensis, **Athenis** à domino lenone in lupanari prostitutus, ut corpore faceret questum. **R**espuit tandem, & ab **Alcibiade** redemptus, **Socrati** adharuit, sic ut philosophus evalesit præstantissimus. *Gall. lib. 2. c. 18.*
Lycum puerum adamavit **Alcaeus** **Poeta** lyricus, de quo **Horat.** *lib. 1. Carminum:*
Liberum & Musas, Veneremque, & illi
Sem-

A Semper haerentem puerum canebat; Et Lycum nigris oculis, nigroque Crine decorum.

Gaeta, Ptolemaei Regis amatus, ut pulcherrimus, ita clementissimus, Ael. lib. 1. de Var. hist. Dionys. apud Cael. testis est, Archidomum tyrannum Cumanum in Italia, Mollem fuisse cognominatum, quod parum vir esset, ac pudicitiam subtraxisset.

CLEONETUS Cleomedontis, cum patri suo quinquaginta talentum, quanti ei lis aestimata fuerat, remissionem concessisset, & literas attulisset ad populum à Demetrio Poliorcete Rege, qui Athenis Cassandrum expulerat: non se modò fedavit, verum etiam concussit civitatem. Nam Cleomedonti quidem remisit multam populus, sed plebiscito cavit, ne quis civium à Demetrio afferret literas. Ob eam rem irato Demetrio, non tantum refixerunt plebiscitum illud Athenienses, sed & eos, qui tolerant, & susceperant id, partim necaverunt, partim exterminarunt. Plut. in Demet.

Erant in castris Hamilcaris Ducis Carthaginensium Hafdrubal, adolescens illustri, & formosus, quem nonnulli diligitur, quam par erat, ab Hamilcare loquebantur. Non enim maledicti tanto viro desse poterant. Quo factum est, ut à Praefecto morum, Hafdrubal cum eo veretur esse. Huic ille filiam suam in matrimonium dedit, quod moribus eorum interdicti non poterat socero gener. Probus in Hamilcare.

L. SYLLAM Dictionem, produnt auctores gravissimi, à primo pubescentis aetatis vestigio in scurrarum gremiis perdamna venudati pudoris adolevisse. Qui tamen, etiam si sexus sui nunquam memor, & ultra commendationem gratiae puerilis aetatis, senex exoletus in aliena aetate flagitia corporis retinens, vitios obfusus, Romano praesit imperio. Quin ne quid desit, detestissimi Senatus decreto ac populi, prospere ac perpetuae felicitatis nuncupatione ornatus item est. Cael. lib. 15. cap. 10. Antiqu. Lib.

P. ATTILIUS Philiscus meritorius puer, corpore suo qualem facere à domino coquebatur. Val. lib. 6. c. 1.

Q. OPTIMUS consularis, qui in adolescentia male audierat, festivo homini Egilio, qui videretur mollior, quem dixisset: Quid tu Egilia mea, quando ad me venis cum tua colu & lana? urbanè Egilius crimen retorfit. Non pol, inquit, audeo. Nam me ad famosam vetuit mater accedere. Macro.

C. JUI. Cael. stipendia prima in Asia fecit, M. Themi praetoris contubernio: à quo ad accersendam classem in Bithyniam missus, defecit apud Nicomediam, non sine rumore profraza regi publicae: quem numerum auris, intra paucos rursus dies repetita Bithynia, per causam exigentiae pecuniae, qua deberetur cuidam libertico clienti suo. Calvus Licinius Nicomedem vocat praedictorem Caesatis. Eum Dolabella pellicem reginae, spondam interiorem regiae lecticae, ac Curio stabulum Nicomedis, & Bithynicum fornacem dicunt. Bibulus proscriptis collegam suum, Bithynicam reginam: eiregem antea fuisse cordi, nunc esse regnum, inquit. Octavius quidam, valetudine mentis liberius dicax, conventu maximo quum Pompejum Regem appellasset, ipsum reginam salutavit. Sed C. Memmius etiam ad cyathum, & vinum Nicomedi stertisse objecit, cum reliquis exoletis, pleno convivio, accubantibus nonnullis ubric negotiatoribus. Cicero verò non contentus in quibusdam epistolis scripsisse, à satellitibus eum in cubiculum regium deductum, in auro lecto, veste purpurea decubuisse, foremque aetatis à Venere orti in Bithynia contaminatam, quodam etiam in Senatu defendente enixè causam filiae Nicomedis, beneficiis queregis in se commemorante, Remove (inquit) isthaec, oro: quando notum est, & quid ille tibi, & quid illi tu dederis. Gallicia denique triumpho milites ejus inter caetera carmina, gallica currum prosequentes joculariter canunt, etiam vulgatissimum illud pronunciantur:

Gallias Caesar subegit, Nicomedes Caesarum. Ecce Caesar nunc triumphat, qui subegit Gallias Nicomedes non triumphat, qui subegit Caesarum. Curio pater quadam eme oratione, omnium mulierum vitium, & omnium vitiorum mulierem appellavit. Sueton.

BATHYLLUS Anacreontis Poetae amatus. Item Megitheus, Liguirius, Floratius, Car. Item Lycistius, de quo in Epodo. Val. Flaccus Setinus Amazonicum puerum, cujus formam commendat Martialis. Tibull. Cherinthum: Afinius Gallus Posta, filius Afinii viri consularis, Hippolytum.

Sporus Netonis, Nero ipse Pythagora. Vide Titum. E lum praecedentem.

Catullano noti carmine, Aurelius, Furius, Javencius, Thallus. Mart. Epigr. Pannicus taxatur: Sunt tibi curva pilis, & sunt tibi pectora fetis Horrida, sed mens est, Pannice, vasa tibi.

Item Hylus, Gargilianus, Labicinus, Naeolus, Charinus, Amazonis, Papius, Didymus, cui in equum sedere scammis licet, non licet maritorum: Testilus Victoris tormentum dulce Voconi.

Antinoum puerum, ex Claudiopoli Bithyniae civitate, Adrian. Imp. ad infamiam usque adamavit: mortuo civitatem confluxit, templumque erexit cum ara, & ejus effigiem curavit imprimendam. Spartianus ait, puerum illum ab Imperatore muliebriter defectum. Dion. Cassius.

EARINUS Domitiani Imp. Eunuchus, quem aliquandiu in pretio habuit: mox tamen, cum legem de non castrandis viris promulgasset, repudiavit. Xiphil. De Dracone in 1. Epigr. Strato, sic scribit: Eri Capnav rite igno, & yas xaxo. Capnav di Tlas eis rto nepulos edar igno d'egras.

HELIOGABALUS Imp. muliebriter viros patiebatur. Draucos quarebat ad sedam libidinem explemam: oculos adhaec, & genas pingebat, eo statu, quo Venus ad Patridis iudicium stertisse dicitur: nudum corpus iis spectandum offerebat, quibus ad tam foedus ministerium utebatur, manq una maninae applicata, altera verendis paribus apposta, praecipuum vitae fructum ratus, si dignus aperire platum libidinibus videretur. Sab. lib. 6. Eum. 7.

TRIBADES. Nil dicimus, non dictum prius: sparsa colligimus. Turpitudinem ut execratione digna esset, ita ab imitatione bonos omnes, nullis licet positus legibus, deterreret. Qui perdit sunt, ut exemplis desistantur, exemplaria sibi sibi ipsi facili negotio formabunt.

Amynthone, Telesippa, Megara, Attys, Cydno, ancilla fuerunt Sapphus, quibus ipsa ad libidinem utebatur. Sic illa in epistola ad Pharaonem:

Vilis Amynthone, vilis mihi candida Cydno, Non oculis grata est Attys, ut ante, mei.

Erynnam quoque Suidas & Tacianus Sapphus concubinae faciunt. Vide Tit. Poetiarum.

Oxiope utebatur Milefiae mulieres, & tribades, & obsecrae. Suidas.

Ennuchorum, qui milites custodiunt, horrendam libidinem, ex D. Cyrillo Suidas recentem in voce Spado.

In Bassam tribadem Mercet. invenitur lib. 1. Epigrammat. qua ut ille ait:

Commenta est dignum Thebano anigmatem monstrum, Hic ubi vir non est, ut sit adulterium.

Ipsarum tribadam tribus Philenis impudico carmine profecinditur à Mart. lib. 7. Epigram.

Gallia quaedam sub stabularii habitu per septennium cauponi apud Blesenses infervierat. Ducta inde in uxorem civis filia, tribadem per biennium egit. Deprehensa facinore, viva exulta fuit. Henr. Steph. lib. 1. cap. 13. Apol. pro Herod.

LIBIDO IRRELIGIOSA. INCESTUS IRRELIGIOSUS; INTER HOMINES RELIGIOSUS. E J U S D E M.

Incestum vocant proprie, quando sanguinis necessitudine inter se juncti, vel in matrimonio, vel extra coenunt. Transfertur eadem vox ad Religiosum, supram qualemque: quando vel utraque persona, vel alterutrum tantum, castitatem religiosam professa est. Translatio nominis non ita evidens. An quia Religiosi homines parentes nostri spirituales esse videntur: & provide si profanus sacram virginem incestet, cum sua ipsa matre coesse iudicabitur: si sacerdos profanam, cum sua ipsa filia. An potius, quoniam religio addit, spirituale necessitudinem fraternam sub eodem patre Deo contrahere videntur: & amque ob causam Monachus cum Monacha summum gradum Incestus sacri constituit, cum reliqua species minus sine proprie. Vt etiam Adulterium eximè illud est, quod inter maritum, & uxorem alterius committitur. Quatenus vero Religiosi homines Deo suam castitatem consecraverunt tanquam sponsa, sic non Incestus, sed Adulterii sacri rationem religiosa impudicitia subit: eademque simpliciter considerata, quando matrimonium vinculum non intercedit, Supri sacri appellationem merebitur.

Agents

A Agens persona religiosa. Filii Heli summi Sacerdotis Israclitarum Ophni & Phinees, populares virgines in templum venientes sacrorum causa constuprabant. Sed poenam incestus non dederunt. Sabell. lib. 4. cap. 11.

Mifungum sanum est in Phocide Herculis, ac qui sacerdotio ibi fungitur, abstinet de more illo anno uxoris consuetudine. Ideoque sacerdotis ferè grandavos creatos: nisi quòd non ita dudum juvenis, non imalus, sed generosus, qui puellae deperibat amore, adeptus est sacerdotium. Hic primum reseravit se ac refugit illam; postquam verò quiescenti aliquando post potum & falcationem obtulisset se, compressit. Meru ergo trepidus vel luitone expiare id liceret, est Apollinem sciscitatus. Cui haec data est dictio:

Ανατα αναγνα ουραπυ δος. Necessè quiquid est, id admittit Deus. Plut. de Pythia oraculis.

Tradunt nonnulli, Volmarum Mindensem Episcopum, ab Henrico IV. didum, in consilio Gregorio VII. Pp. casum nocte die in peccatis suis gladio, beatumque Gregorium apparuisse custodibus Ecclesiae, & ostendisse pallam cruentam, nunciassetque mortem Pontificis, ut eam ceteris patefaceret. Crantz. lib. 5. Metropol. cap. 35.

Patens persona religiosa.

AMULIUS filiam Numitoris fratris sui majoris natu, Rheam nomine, & cognomine Sylviam, Vestae sacerdotem idèd designaverat, ut ex ea prolis spe omnino intercepta, regno sine controversia potiretur. Sed cum accidisset, utvi compta utrum gereret, ideoque consilio matris similans adversam valetudinem, à sacris abstinere: postquam res Amulium non lauit, puella custodibus appositis, Numitor ipse aque illius uxore, ut sceleris participes accufantur. Hi dilatione accepta, didicisse se ajunt, filiz vim illatam esse, neque id ab homine, sed à Deo aut genio quodam: ita enim qui vim Rheae Sylviae attulerit, eidem narrafse, ac praedixisse, hanc geminos parituram esse. Itaque postulabant expectari partum, ut eventus, fraus humana, an divina sit providentia, detegeret. Igitur cum geminos edidisset, Numitor Dei opus identidem allegabat, inque puellam innoxiam minime sevendum esse. Attamen non placuit hoc commentum, atque ex totius consilii sententia visum est, lege utendum esse. Jubent Rheam, cujus corpus pollutum esset, virgine castam interfici, & quod natum esset, in profluentem aquam ejici, projici. Arodius ex Halicarn. lib. 1. Livio Dec. 1. lib. 1. & Plin. de Viris illust. Julio Floro lib. 1.

Cornelia, virginum Vestalium maxima, convicta stupri, iuxta legem viva defossa est. Euseb. in Chron. ann. Sal. 94.

Sextilia Vestae sacerdos in incestu deprehensa, secundum legem poenas dedit. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 12. Similiter & Opimia vel Oppia.

Capronia sive Floronia, Vestalis, in stupro deprehensa, suspensio supplicium prevenit. Idem ex Livio lib. 22.

Turciam Vestalem in incestum, Plin. lib. 28. c. 2. asserit. Minutia Vestalis, suspecta stupri propter mundiorum cultum, ad portam Collinam dextra via strata defossa est. Scelerato campo inde nomen factum. Livius lib. 7.

ANTONIUS Catacalla Rom. Imperator, Clodiam Lætiam virginem Vestalem, quantum in ipso fuit, vitavit. Quae deinde iuxta legem viva sepulta est: quo tamen exclamaret, & dicitur ipsum Antonium in virginem esse, & propter multos morbos corporis ad rem veneream ineptum fuisse. Dion. Nicen.

HELIOGABALUS Vestalem templo abductam pro uxore habuit, senatumque tali flagitio maerentibus libello consolatus est, testans id humanum esse, captum se illius amore eam in concubium adduxisse: æquum esse, sacerdotem sacerdoti nubere. Sab. lib. 6. Eum. 7.

MICHAEL Balbus Imp. sacram Virginem ex Monasterio rapuerat. Illius exemplum imitatus est Euphemius quidam militaris Dux in Sicilia. Sed cum fratres virginis injuriam persecuti ab Imp. obtinissent, ut Euphemio nafus amputaretur: ille maturè fuga sibi consulens, Saracenis Siciliam prodidit, eorumdemque armis Imperator dictus, dum Syraculas obsidet, à duobus Syracanis colloqui specie trucidatus est. Cedar.

EDGARUS Angliae Rex, ex Vilefreda, Deo dicata virgine, Editham suscepit filiam. Quamvis alii regiae patrocinantes fame, eam nullis initiatis factis, inter Monachas in regis usum affectatam utadant. Polyd. c. 6. Angl. hist.

Imper. Henricus III. Monialem adeò charam habuit, ut nunquam à suo latere eam discedere permitteret: licet nocte quadam de fenestra prospexisset, clericum amorem ab ipsa per nivem dorso portare extra curiam, nemini tamen rem patefecit; sed mortuo quodam Episcopo, clerico dixit: Accipe Episcopatum, & vide ne ultra equites in dorso mulieris; & vacante monasterio, sorori: Accipe Abbatiam, & vide ne unquam portes clericum equitantem. Ranulph. lib. 6. c. 21. Malmeburghensis lib. 2. c. 67. Vincent. lib. 25. c. 18.

Ludovica Orangi F. facta votorum vinculis, fideque semel Deo & religioni data, impulsu libidinis violata, nupsit Friderico IV. Palatino: qui ex ea suscepit Fridericum illum nuper Regem Boemiae; à factiosis electum, & coronatum: mox repulsum, & propriis possessionibus ac hæreditate exutum.

Vtraque persona religiosa.

Magdeburgi urbe Saxoniae, sub annum 940. Episcopus fuit Udo nomine, vir libidinosus, & facturum virginum corruptor. Qui cum ne signis quidem ac divinis vocibus communitus, ab impudicitia sibi temperaret, viri religiosi Deum, Episcopus aut corrigeret, aut tolleret, rogare cogebantur. Itaque cum noctu in cathedrali Ecclesia, quae sub S. Mauricii nomine in Parthenopoli est, Fridericus Canonici sacris precibus operam daret, non sine ingenti formidine, vehementioris venti afflatu omnia, quae in templo erant lumina extingui prospexit: nec multo post duos juvenes venire, duo candelabra accensis cereis ferentes, & Christum cum parente ejus atque Apostolis subsequi: à quibus non essent vocati sancti homines, quorum corpora in eo templo quiescebant, visus est inter eos Mauritius venire; qui longa atque gravi oratione Udonom Episcopum accusavit, quem haud multo post Christus nudum afferri à duobus justis, atque damnari. Is autem pugno ab iporum altero, qui cum portaturo, in mediis renibus graviter ictus, Christianam hostiam, quam in communione pridie ejus diei sumptera, revomuit in calcem, qui altari impositus fuit: atque securi percussio Udone, rerum illarum omnium imago evanuit. Qua re vehementer perterritus Fridericus, cum ad altare accessisset, calcemque in eo esse cum Christiana hostia inspexisset, & simul Episcopum mortuum humi jacentem; alios religiosos viros excitavit, qui ablatum inde Episcopi corpus in agro sepelierunt. Cujus sanguine cum resperium templi pavimentum esset, sacerdotis ferrea crate cruorem cooperuerunt: quem novis Episcopis ostendere & moris habent, ut eo sanguine à seclerata vivendo deterantur. Haec autem, quae Fridericus inspexerat, confirmavit postea Bruno, Episcopi in divinarum celebratione ministris: nonnullis narratis, quae ea ipsa nocte, qua haec gesta fuerunt, iter equo faciens viderat. Fulg. lib. 9. c. 12.

Martinus Luther. Monachus Eremita Ordinis S. Augustini, monialem professam monasterio eduxit, & in concubina duxit. Eumque sequuti in hac re plures alii Apostatae. Quare infra, Lutherani. Item in loco de Hereticis.

D I V E R S E.

CASIMIRUS II. Polonorum rex Judaeam Hesteram deperit, de qua Nemitam & Peleam filios suscepit. Hujus opera gens Judaica magnas prerogativas in Polonia à rege adeptae est. Crom. lib. 12. & 13.

ALFONSUS Albuquerqueus, Indiae praetor, Coa insula, anno MDX. occupata, Zobaimi Regis concubinas atque 14 virgines diligentissimè servari iusserat, ut eas vel in Lusitania ad reginam Matiam mitteret (erant enim eximia pulchritudine) vel Christianis sacris initiatas, apud Lusitanorum matrimonio stabili collocaret. Ceterum post insula rursus ejectus, eas secum duxerat, ex vicinis locis bellum gerens: cum quidam nobiles viri infans libidinis astu, monitore, & impulsore Roderico Diazo, scribis viro, qui mulierem unam Saracenam ex illis adamabat, eique jam sapius affueverat, clam in navi praetoria nocte ad mulieres, Albuquerque imperio neglecto, ventitabant. Is ubi id refecit, hominem suspendere iussit. Homines nobiles, qui socii criminis fuerant, ad illum advenit, & obnixè precantur, ut illi misero veniam tribuat. At cum is eorum postulationem rejiceret, illi querelis, & convitiis rem expedire contendunt: propter quae necesse fuit, eos in custodia dari. Postea verò cum Albuquerqueus cerneret, se in tanta vitiorum penuria eorum opera carere non posse, illos custodia liberari praecipit. Fremunt illi, tantam hominibus ac nobilitate praeditam illatam contumeliam indulgentia illa compensari.

A fati minime posse: se nolle de custodia ullis conditionibus dimitti, sed archissimis etiam vinculis alligari, ut ita fero vincti in Lusitaniam deducantur, & apud regem Albuquerquei nomen deferant. Is ubi hoc accepit, eos insanire permisit, honoribusque privavit, eorumque prefecturas alius nobilibus attribuit. *Ofor. lib. 7. rer. Emman.*

INCESTUS.

In genere. INCESTUOSI. Babyloniorum institutum fuit, ut cum parentibus filii, cum foribus fratres coirent, atque ex eis sobolem gignerent. In qua etiam sententia Chrysyppum fuisse asserit. *Plur. Alex. lib. 1. cap. 24.*

Perfarum magi censuere, *Socios lib. 23. teste*, iustum videri cum filia, & matre congressum. Artigit Catullus, de Gellii incestu agens:

Nam Magnus ex matre & gnato signatur oportet,

Si vera est Perfarum impia religio.

Parthenius Parthorum reges non nisi ex matre, & filia natos pro legitimis haberi asserit.

Scribit Bardefanes Syrus, legem fuisse Persis, qua filias, sorores, matres quoque in connubiis iura admittere, non duce- retur impium. Quod Strabonis item comprobant monu- menta, & Septimius Florens repetit. *Celius lib. 18. cap. 18. Antiq. Lecl.*

Indos, Aethiopes ac Medos, Hieronymus librorum pos- tremo, quos adversus Iovinianum edidit, non cum matris- solum, verum cum avis quoque ac filibus concumbere scribit.

Arabibus alterius sanguinis congressus pro adulterio olim fuit. Sic humani juris oblit, praeter incestum omnem venem pro flagitio repudiavit. *Sab. lib. 6. cap. 1.*

De Barbaris universim haec sub Hermonies persona apud Euripidem in *Andromacha* leguntur:

Τοῦτον πᾶν τὸ βασίλειον ἄλλο,

Πατρίος θυγατρὸς, πατρὸς τε μητρὸς μίχυνται,

Κίρη δ' ἀδελφεῖ δὴδ ὄνου οἱ φίλαται,

Χερσὶν δ' ἄλλ' ἢ δὴδ ἔχεται ἄλλο.

Huiusmodi totum barbarorum genus, pater filiae, filius matri miscetur, & soror fratri: per eadem vero charissimi feriuntur, & horum nihil prohibet lex.

In specie. INCESTUS.

Patris cum liberis.

LOTH ebrius cum filibus duabus concubuit, quae non libidine, sed generis humani reparandi spe cum patre dedita opera se miscuerunt, quoniam incendio non Sodomam tan- tum, sed universum orbem conflagraisse putabant. Major igitur natu filia Moab, minor Beniam, auctores Moabita- rum & Ammonitarum gentium sceleratissimarum, peperit. *Gen. 19.*

SMYRNA, Latinis Myrtha, filia fuit Thejantis, Beli F. & Orithiae nymphae, nata in Libano. Hanc ob pulchritudinem formae plurimi ambiverunt. Illa multis artibus usa est ad- eludendam patrum voluntatem, & extrahendum tempus: etenim diro amore patrem deperibat. Quem cum praere- cundia aliquandiu dissimulasset, victa tandem, Hippolytae nutriciae aperit. Haec pollicita remedium se malo inu- sitato inventuram, Thejanti significat, puellam esse paren- tum fortunatorum filiam, quae in ipsius cubile clanculum venire cupiat. Thejas approbata re, domi suae in lectum se in tenebris composuit: nutrix Smyrnam veste occultatam dei adduxit. Ad aliquod tempus latuit hoc tam foedum, & im- pium facinus, interimque Smyrna uterum fere coepit. At Thejantem cupidus incesti cognoscendi, quanam ea esset, quae ex ipso concessisset. Itaque in domo ignem abdit. Cum- que ad eam venisset Smyrna, subito igne allato agnita, ab- ortum fecit: sublatisque manibus optavit, ut neque vivis, neque mortuis interesset sibi daretur. Jupiter eam in arbo- rem convertit cognominem. Huius arboris fructum quon- tannis ferunt lacrymas emittere. Thejas ob incestum sibi ipsi manus intulit. Puer Jovis nutu educatus est, eique Adonis nomen factum, ob formae elegantiam à Venere plurimum ad- amato. *Antonin. Liberalis in Metamorph. & Ovid. lib. 10. Metam. non ex Theante, sed ex Cinyra patre, qui rex fuit Cypriorum, Myrtham Adonem concepsit scribit. Plur. in Par. all. ex Theodori lib. Metamorph. Natalis Comes Mythol. lib. 5. cap. 16.*

Hæmon Rhodopen filiam pro uxore habuit: dilque in- cestum vindicantibus, ambo in montes conversi sunt.

Thyestes rem habuit cum Pelopeja filia. *Ovid.*

Nycteus Rex Aethiopiae, cum Nyctimene filia concu-

buit. Illa in noctuam versa est, ob vitii foeditatem. *Idem in E. Metamorph.*

CLYMENUS, Telei F. uxore ducta Epicafe, filios genuit mafculos, Idam & Theragrum: filiam vero Harpalicem, for- ma praecellentem. In ejus amorem Clymenus incidit, & per nutricem conciliavit sibi puellam. Ubi nuptiarum tempus advenisset, adflesseque Alastor, cui desponsata erat, eam in Nelicidarum terram abducturus; pater per amantiam genu- rum transverberavit, & medioque itinere rapuit puellam, du- ctamque Argos palam habuit pro uxore. Illa juniorem fra- trem maclavit, ac festo sacrificiorum die, in quo publicè omnes convivabantur, apparatusque pueri carnes parenti appo- suit, innotataque est in Chalcedem avem. Clymenus seipsum interemit. *Parthen. de Amat. c. 13. ex Euphor.*

ASSAON cum filiam Nioben stuprare vellet, illa filios ejus in convivium adductos excussit: mox sese ex alta rupe praecipitavit, Assaon sua manu concidit. *Parthen. in Eroticis, cap. 33.*

ARTOXERES Perfarum rex non tantum Atossam filiam, verum etiam alteram sibi junxit Amestram, cum Aspasiam inter- im pellicem haberet Phocensem dilectissimam. *F. pra. ccc. concubinas forma praecellentissimas. Atossam us- que adeo dilexit, ut cum esse vitiligio corpus ejus depasta, nihil quicquam fuerit ea re offensum, sed Junonem supplex pro ea unam adoravit ex diis, manibus tellurem contingens, & donorum tantam vim iussa ejus satrapae, & amici mitterent, ut interjecta inter sanum, & regiam sexdecim stadia, auro, argento, purpura, equis implerentur. Plur. in Ar- tox. ex Heraclide.*

PIASUS Thefalus, Larissam filiam suam incesto, & infeli- ci amore deperit. *Sidas.*

BONAM deam (quae apud Rom. Cal. Maïis colitur) alii Ma- jam, alii Junonem, Beroici etiam Semelen esse credunt: alii eam Fauni filiam dicunt, obstitisseque voluntati patris in a- morem suum lapsi, ut & virga myrtea ab eo verberaretur. Cumque desiderio patris, ne vino quidem ab eodem pres- sa, cessisset, transgressa se in serpenem pater creditur, & coisse cum filia. Horti omnium hoc profertur indicium, quòd virgam myrteam in templo haberi, nefas sit, quòd super ca- put ejus extendatur vitis, quae maximè eam patre decipere tentavit: quòd vinum in templum ejus non fluo nomine so- leat inferri, sed vas in quo vinum inditum sit, mellarium no- minetur, & vinum lac nuncupetur: serpentesque in templo ejus nec terrentes, nec timentes indifferenter appareant. Quidam Medeam putant, quòd in aede ejus omne genus herbarum sit, ex quibus antistites dant plerumque medici- nas, & quòd templum ejus vitum introire non liceat, propter injuriam, quam ab ingrato viro Jafone perpessa est. Haec apud Graecos *Θεὸς γυναικῶν* dicitur. *Maer. lib. 1. cap. 12.*

CYANIPPUS, natione Syracusius, uni factum non faciebat Libero patri: Hinc infestus Deus crapulam ei incussit. Ita hic loco opaco filiam suam Cyrenam compressit. Quae de- tractum ei annulum nutricia suae dedit, ut nota esset ad- cognoscendum corruptorem. Cum laboraret autem pesti- lencia, ac respondisset Apollo, Non esse diis cordi, ut diis Victoribus nefarius immolaret: ibi ceteris ignorantibus, quid vellet oraculum, Cyane id intelligens, correptum cap- pillis ipsa parentem maclavit, atque super eum jugulavit se- matre ipsa. *Vt est apud Dositheum lib. 3. hist. Sicilia, & Plur. de Graec. & Rom. compar.*

VALERIA Tusculana, ex Veneris ira Valerii patris amore H flagrans, rem ad nutricem suam detulit. Haec verum subito dolo, ac virginem vicinam ostendit esse, quae concubinam ejus petat, sed congressi veteatur aperit. Pater temulentus postcit lumen. Ibi nutrix praeverit cum excitare. Praegnans in villis vixit, atque aliquando egit se praecipitem, regressaque salva domum, stato tempore edidit Sylvanum. Valerius respondens animam, de eodem praecipitio se deiecit. *Vt est apud Aristid. Miletum. lib. 3. rer. Ital. Idem.*

Ciceroni Sallustius impingit, quòd Tulliolam filiam ha- buerit pellicem matris. Sed inimici verba fidem non capiunt. *Matri cum filio.*

Oedipus mortuo patre Lajof quem ignotum occiderat, nec- sciens, & imprudens duxit Joceam matrem suam, ex qua sus- cepit Eteoclem & Polyneem. *Stat. lib. 1. Thebaïdas.*

Scandere quinetiam thalamos hic impius heres Patris, & immeris a gremio incestuosa parentis Appetit, proprios monstro revolutus in ortus.

Menepon cum matre coniecit, apud Ovid. lib. 7. *Meta- morphoseon:*

Dexte-

A Dextera Cyllena est, in qua cum matre Menephron concubiturus erat, sevarum more ferarum.

Perdix venator insano matris Polycales amore corre- ptus, eam contaminavit. Unde Perdix libido abiit in pro- verbium pro effrata, turpi ac infami. *Celius.*

SEMERAMIS Assyriorum regina ab infelice expeditione In- dica reversa, non multo post à Nino filio infidiis excepta pe- rit, quum duos & quadraginta regnasset annos. Diversa om- ninò de ejus exitu fama est. Ctesias, & qui cum eo sentiant, Semiramidem ajunt filium incesti appellare ausam, tentati sceleris odio, ab eo interfectam. *Sab. lib. 1. Enn. 1.*

SYSIMITHRITAS Perfarum satrapa, duos ex matre liberos suscepit. Nam, auctore Curtio, apud Perfas parentibus stu- pro coire cum liberis fas est.

Fertur de Periarum Corinthio, quòd primum mitis ac be- nignus fuerit: postea vero crudelior factus sit, hanc ob cau- sam. Mater ejus amore capta, eum valde adhuc juvenem his verbis alloquitur: Esse feminam quandam formosam pla- ne, quae cum immodecè amet: suadet re, ne illum despice- ret. Periarum primum se corrupturum negabat eam, quae B esset conjuncta viro praeter leges, & publicos mores. Quum autem supplicibus verbis instare non cessaret, se fac- turum recepit. Postquam nox statuta venisset, admonuit ipsum, ne lumen ad thalamum inferret, neque cogeret eam ad colloquium, atque id illius pudori condonaret. Is cum pollicitus esset omnia se facturum, quae mater injunxerat, pulcherrime ornata ad filium ingreditur: ac priusquam auro- ra illucerec, clam tursus exit. Sequenti die interrogat filium, quomodo placuerit ei amica, & numne velit illam ad se accedere? Periarum se illud cupere respondit. Quare ab hoc tempore non cessabat saepe ad filium redire, ita ut tan- dem cupido Periarum incestum cognoscendi eum, cum qua congregaretur. Aliquandiu apud matrem precibus im- petrare studuit, ut mutuo colloquio ejus, cupis desiderio fla- graret, notitiam haberet. Verum cum id fieri posse, ob verecundiam foeminae, mater omnino negaret, ipse aliquem ex ministris lumen in cubiculo oculare jubet. Et cum ea pro consuetudine accederet, exurgens Periarum producit lu- men: atque cum videret esse matrem, praeeunim potentia transverberare eam statuit. Sed à quodam genio subito C apparente retractus, à facto tempore: ac ex eo tempore tem- perate percussus insanivit, in crudelitatemque incidit, & multos suorum civium maclavit. Mater vero multum su- per genio fuo lamentata, seipsam interemit. *Parthen. de Amat. c. 16.*

SECUNDUS Philosophus, cum matri nefcienti esse filiam se commisit, & illa facta cognito, sceleris horrore intu- lisset sibi mortem: ipse quoque cum incestus poenitentia, tum dolore matrem mortis aeternum tu cui, ut ulcisceretur vocem, qua in concubitu matri innotuerat. *Maer.*

PHRAATACES Cyrenus Parthorum Regis ex Thermsia an- cilla F. cum matre habuisse rem creditur. *Ioseph. l. 18. c. 3. Ant.*

AGRIPPINA mulier flagitiosissima, tentavit Neronem fi- lium nefario concubitu sibi obsequentiorem reddere, multum- que illecebris facta esset voti compos, nisi domestici, & ii quibus suspectum erat ferax Agrippinae ingenium, Neronem ab eo seelere deterruissent: affirmandes, ita fore, ut si cum matre incestuosè misceretur, tanquam impium omnium fa- vore desisteretur. His ille terretus, declinare primò ma- tri congressum, inde adempta illi militum statione, è palatio expulsi. *Sab. lib. 2. Enn. 7. & Corn. Tacito.*

Gelii incestum Carullus suis infamat verbis: *Nascitur magus ex Gelli matrisque nefando Conjugio, & dicitur Persicum hauripicium.*

Nam magus ex matre & gnato signatur oportet,

Si vera est Perfarum impia religio.

Natus ut accepto vereretur carmine divos, Omentum in lamina pingue liquefaciens.

Privogium cum nocere, cum pellice patris.

Ruben Balam concubinam Jacob patris (erat autem illa ancilla Rachel uxoris) consupravat. *Gen. 35.*

Ex Oeone & Alexandro puer natus est Corythus. Is au- xiliarius ad illum profectus, Helenam amare coepit: atque illa ipsum vicissim valde amantem amplexa est; erat enim forma pulcherrima. Deprehensus pater occidit. Nicander Helenes, & Alexandri filium facit. *Parthen. in Erot. cap. 34.*

Phenix Amyntoris F. cum pellice patris rem habuit, per- suasus à matre hoc faceret, ut pellex contubernio filii delini-

ta, senem odio prosequeretur. *Ilia. 1.* A patre severè repre- henfus, patrum abfuit, quin cum interfecisset. Quos tamen versus Aristarchus ex Iliade sustulit, uti *Plur. in lib. 1. rias d'is amuq'at' d'ien*, testatur.

Anchemolus F. Rheti, Marthubiorum Regis, novercam suam Casperiam stupravit. *Virg. lib. 10. En.*

Hinc Stibellum perit, & Rheti de gente vetusta Anchemolus, thalamos ausum incestuare nocere.

SCYTHES Rex Scytharum, Opazam novercam duxit in matrimonium. *Herod.*

OCHUS Rex Perfarum, cum Atossia sorore eademque pa- tris uxore rem habuit. *Plur. in Artos.*

ANTIOCHUS Soter, Rex Syriae, quam Stratonidem nover- cam impatienter deperiret, indulgentia patris obtinuit ca. Vol.

ANTONIUS Caracalla Imp. quum Juliam novercam impo- tenti amore deperiret, & illa quasi per impudentiam cor- pus magna ex parte nudasset, pulchritudine illius allectus: O quam vellem, inquit, si feceret! Quibus verbis ostende- bat, se ejus concubitum appetere. Tum illa: Si libes, licet, respondit: Leges dat Imperator, non accipit. Quibus ver- bis audacior factus, novercam ipsam sibi copulavit, cuius F filium Getam paulò antè interfecerat. Cognita Antonii morte, Antiochia seipsam interemit. *Sextus Aurel. & Alius Spar.*

CRISPUM Constant. Imp. F. Fausta noverca de stupro in- terpellavit, renuentem adolescentem ad patrem detulit, im- eundem inferre voluisse mentita. Constantin. credulus fi- lium Polæ in Histria interfecit. Tandem scelere deprehensio, & ipsa Fausta à Constantino marito in ardentibus balneis coniecta extincta est. *Avent. lib. 2. Annal. Bojorum.*

Gener cum Socru, Socer cum Nuru, Pater cum filii Pellice.

THAMAR cum videret Selam jam adolevisse, neque tamen Judam locerum (cujus duos filios Hor & Onon matris ha- buerat) Selam filium sibi jungere, qui fratribus defunctis se- men excitaret, quò vereretur, ne sic ille moreretur: habitu meretricio in via, qua itur Tamam, sedens, Judæ praere- cuncti sese prostituit, & arthabonis loco ab eo accipit annu- lum, vitam & baculum, donec hircum ei domum mitte- ret. Tribus post mensibus, cum Judæ nunciaretur, Tha- mar esse praegnantem, Judas igni cremandam praecipitabat. G Arthabonem illa ostendens, praesenti sese periculo liberat, & perfidiam Judæ coarguit, qui sibi Selam ex pacto non copu- lasset. *Gen. 38.*

Post fugam è Graecia Xerxes Rex Perfar. Sardibus agens, adamabat uxorem Masistis fratris sui. Ea cum potiri non posset, huc evasit, ut filio suo Dario in matrimonio daret Artayntam filiam Masistis: existimans, hoc pacto se commo- dius matre potiturum. Celebratis nuptiis Sasa profectus est. Eò postquam pervenit, & uxorem Dario domum duxit, ita demum ab uxoris Masistis amore cessavit, adamatam nuru, Masistis filia. Qui incestus patefactus est hunc in modum. Ameftis uxor Xerxis amiculum, quòd ipsa tueretur, gran- de, varium & speculatum dignum, viro donavit. Quo ille ami- culus ad Artayntam se coniecit, atque ubi se obiectavit cum ea, iussit à se petere mulierem, quaecumque optaret. Mulier intrepidè amiculum poposcit. Xerxes recularet, veritus Ame- strum, ne sic illa rem, quae agebatur, jam pridem suspicata, de- prehenderet: offerre ei & urbes, & immensam vim auri, & copias militum, quibus neminem praeter illam praefecit. Eximium autem donum est apud Perfas, exercitui donari. H Verum cum non posset persuaderi mulier, amiculum dedit. Quo dono illa supra modum laeta, eo gestando gestiebat. Ame- stris, ubi mulierem habere amiculum scivit, nò in puellam concepit odium, sed in illum matrem, quam hujus rei au- ctorem esse falsò credebat. Observato itaque tempore, quo vir suus Xerxes regalem instrueret caenam, quae coena semel quotannis eo die, quo Rex creatus est, instituebatur; coena autem nomen Persicè Tycta, Graecè τῆλον, id est, praefecta in qua rex solum caput ornatur, Persaque strens donat; à Xerxe petiit, ut se Masistis uxore donaret. Xerxes id indig- num factu nefariumque arbitrari, uxorem germani dono dari, eamque insontem negotii illius, cuius victus uxor sua eam flagraret, profiteri. Tandem precibus victus & insulturo, quo nefas est, regia coena proposita, orantem non exorari, in- vitus admodum annuit, tradensque uxori, ac jubens facere, quòd liberet, Masistem fratrem ad se accersivit, & blandis verbis persuadere conatus est, ut uxore missam faceret, daturum scie illi filiam suam in matrimonio. Quòd cū Masistis facere recularet, ut qui uxorem suam summopetè diligeret, Xerxes